












Du [illegible] disen [illegible]

[illegible] tenu au [illegible]

et a dit [illegible]

et [illegible] de drap [illegible]

[illegible] estable [illegible]

[illegible] bois qui [illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible] effectu [illegible] estoir

[illegible] pieces de drap [illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible] qui tenoir [illegible]

[illegible] ~~[illegible]~~ [illegible]

[illegible] avoir [illegible] faisoien [illegible]

[illegible] choses [illegible]

[illegible] la dite estable [illegible] jusques a [illegible]

[illegible] pedatrague et [illegible] il furent [illegible] dit [illegible] a [illegible]

[illegible] dudit [illegible] comme [illegible]

[illegible] ensemble [illegible]

[illegible] dit [illegible] chose [illegible]

dit [illegible] est [illegible] tellement troublé que [illegible]

[illegible] comme [illegible] dit [illegible]

[illegible]

[illegible] et puis frere [illegible]

[illegible] pour ce que alez [illegible]

[illegible] et puis meure [illegible] apres [illegible]

[illegible] mareschal [illegible]

[illegible]

[illegible] en sa maison [illegible]

[illegible]

[illegible] et aussi [illegible]

[illegible] la char et [illegible]

[illegible] estable [illegible]

[illegible] la chandelle [illegible] estable et [illegible]

[illegible] estable [illegible]

[illegible] et [illegible] mirouer

[illegible]

[illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] on ne scet [illegible]

[illegible] ... enor [illegible]

[illegible] ... lang [illegible]
[illegible]

armarium [illegible]
cccl 1 [illegible] bro
in suo [illegible]
quod om[illegible]
[illegible]
xLK



Defuncto abbate in silencio et ieiunio debent esse fratres ad sepulturam eius. Si vero ante prandium moritur ut ea die semel comedant. Si autem post prandium: a cena abstineant. Cantu si die dominico. aut in festo .xii. le. aut in feriis pasche uel pentecostes obierit: in silencio quidem permanebunt. sed non ieiunabunt. Post sepulturam eius pulsato signo a priore statim omnes in capitulum conuenire debent. ibi prior loquetur fratribus ut prouideant de eligendo pastore. Et quia res ab omnibus non facile diffiniri potest: communi consensu totius capituli eligantur. sex aut septem fratres. uel plures siue pauciores secundum considerationem fratrum consilio et religione probati. Isti ergo electi a toto conuentu in iungetur. ut seorsum inter se conferant et considerent qui secundum deum ad prelationem magis aptus

uideatur & idoneus sit aut eligendus. Postea ceteris in silencio et oratione permanentibus: ita ut nulli liceat fratri huc et illuc per priuata consilia conuenire. isti inter se seorsum conferent de eligendo abbate. Cum autem communi consensu personam aptam elegerint. Sequenti die in capitulo electionem suam fratribus nunciabunt: et ita omnium consensu electus confirmabitur. Quod si forte ipsi electores in electione concordare non poterint: aduocabunt et alios. ad se de conuentu fratres religiosiores. ut eorum auxilio et consilio res pacifice ad finem perducatur. et sicut dictum est. Sequenti die in capitulo fratribus omnibus nunciabitur. Quod si forte prior absens fuerit. Si tamen in eadem prouincia est. et tamen eius reditus usque ad quinque dies sperari possit: statim aduocari debet: et usque ad eius aduentum electio differri. Interim uero ceteri fratres sic hoc omnino sileant. nec aliquid diffinire presumant. hoc autem modo electio ista

celebrabitur. cum sepultu
ram abbatis prioris in capitu
lum conuenerint primum.
vij. psalmos de cantico gra
duum gradiuum prostrati super
sedes decantabunt. singulos
finiendo cum gloria. quibus
finitis dicent. Kyriel. xpe.
deinde. pater noster. Postea pri
or aliis adhuc iacentibus ex
gens dicet. Et ne nos. Fi
at pax. Et veniat super
nos. Ostende nobis. Domine
exaudi orationem. Dominus vobis
cum. Oratio. Deus qui
corda fidelium. per xpm. am.
Deinde omnibus considen
tibus. tunc prior fratribus pro
nunciabit sicut supradi
ximus. ut de electione ab
batis provideant. Quo pac
to ut commemoratum est
tunc prior et supprior e
lectum abbatem manu ac
cipient et deducent an
te sedem abbatis ubi fratres
solent veniam petere.
Qui cum ibidem prostra
tus fuerit tunc fratres omnes
stantes decantabunt psal
mum. Levavi oculos meos.
finientes cum gloria. deinde.
Kyrieleyson. x. Deinde
pater noster. Postea prior dicet.
Et ne nos. Dominus custodiat
introitum tuum. Domine exau
di. Dominus vobiscum. Oremus.
famulum tuum domine tua semper
per xpm. Postea eriget eum
prior et statuet eum in loco
abbatis. Tunc statim in
cepta antiphona cum cantu.
tu. Confirma hoc deus et
psalmum. Exurgat de
us. mediocri voce decantan
tes procedent ad ecclesiam. pri
ore et sub priore deducen
tibus abbatem usque ad sedem
suam. Illic abbas prostratus
sit solus aliis stantibus et
finientibus psalmum. Fi
nito psalmo cum gloria. di
cent antiphonam. et fini
etur sine iubilo. Deinde
Kyrieleyson. x. Et om
nibus simul prostratis dicetur.
Pater noster. Postea dicat
prior. Et ne nos. Salvum
fac servum. Mitte ei
domine esto ei domine.
Domine exaudi. Dominus
vobiscum. coll. Omnipotens sem
piterne deus miserere fa
mulo tuo per xpm. Postea
more solito in claustrum
exeant fratres. In eras

-timo autem veniente omnes obedientiarii in capitulo et prostrati coram abbate ponant ad pedes eius claves suas ipse vero precipiet eis ut surgant et resument eas.

Qualiter recipiatur post benedictionem.

Deinde prior et supprior assumptis secum aliquibus de senioribus fratribus ibunt ad episcopum et nunciabunt ei de electione abbatis ut statuta die veniat et accipiat benedictionem. Revertente autem ipso post acceptam benedictionem fratres omnes in choro convenientes prestolabuntur eius adventum. Quo ingresso per portam superiorem monasterii et ita procedente ac transeunte per medium chorum fratres hinc atque inde inclinabunt et ceteri quidem fratres qui cum eo venerunt statim ut ingressi fuerint chorum ad sedes suas ibunt. Solus prior et supprior deducent abbatem ab introitu chori usque ad gradus sanctuarii. atque eo ibi super tapetum prostrato: ipsi hinc inde super formas in ultima parte versus altare cum ceteris prosternent sese tempore prostrationis. Si autem tempus prostrationis non fuerit: solus abbas prosternet se ceteris stantibus. Post hec tamen prostrati vel stantes secundum quod tempus exigit decantabunt psalmos. Deus misereatur nostri. Psalmus. Beati omnes qui timent dominum. Psalmus. Ecce quam bonum. Finito psalmus: cum gloria dicetur antiphona. Iuvet oratio. Deinde brevis letania dicetur. priore inchoante. Qua finita: cum dominica oratione surget prior et afferente armario librum et coram eo stante: dicet. Et ne nos. Salvum fac servum tuum. Mitte ei domine. Esto ei domine. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Collecta. Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus. Pretende super famulum tuum. et super cunctam congregationem illi commissam per christum. alia. Omnipotens sempiterne deus miserere famulo tuo et dirige eum per christum.

Deinde prior et supprior
eleuabunt eum et ducent
ad sedem suam. Si autem
euenerit ut in ipso monas-
terio persona apta inueniri
non possit secundum con-
silium religiosorum. alibi que-
renda et eligenda. Scapu-
et si fieri potest de hiis qui de
domo nostra exierunt. uel qui
nostrum ordinem tenent. Sci-
endum quoque est quod nostra con-
suetudo abbatibus nostris ba-
culum nullo modo conce-
dit. Illud quoque sciendum
quod electioni abbatis nulla
extrinsecus persona preter
fratres ipsius monasterii
interesse debet. et ipsam ele-
ctionem capituli nullus
omnino alius. uidelicet
nec episcopus nec comes. nec quis-
quam alius impedire ha-
bet aut contradicere. Si-
cut in priuilegiis nostris fir-
matum est. nec aliqua e-
arum persona preter priorem
claustri post benedictionem
episcopi in sede sua ponere debet
maxime cum baculo ca-
reat. Unde nec ad eum per-
tinet concilia siue curias
regum uel principum fre-
quentare. **De ueneratione
abbatis**

De cetero. Dominus abbas in
omni loco ab omnibus
singulariter honorari debet.
ita ut in quocumque loco fu-
erit siue stans siue sedens
excepto dormitorio. Nul-
lus fratrum coram eo trans-
ire audeat. nisi ei inclinet.
In quocumque loco extra con-
uentum fratres aliqui se-
derint. Si dominus abbas sup-
uenerit. surgere debent. nec
sedere donec ipse sedeat. uel eos
sedere precipiat. Si autem tran-
sierit coram eis. assurgere
debent et inclinare et stan-
tes permanere quousque ipse
pertranseat. Si autem per me-
dium conuentum transie-
rit in claustro. uel in choro.
tantum de sedibus suis fratres incli-
nare debent. nisi forte ali-
quem deforis personam secum
ducat. Nam tunc etiam
assurgere debent. Sed pro-
uidere debet abbas ne hoc
sepius fiat propter molestiam
fratrum. In capitulo per
medium conuentum tran-
seunti assurgere debent.
descendentes de scabellis

finis et inclinare et stare donec
sedeat. Quicumque sedenti librum uel aliquid tale
optulerit: inclinare debet.
Similiter qui sedenti et
aliis pre circumsedentibus
aliquid secretum intimare uoluerint. uel ab eo audi
erint: genu flexo id facere
debet. Obseruare etiam
debent omnes. ut maxime coram eo omnium habitu suo disciplinate se habeant.
et numquam illa contra
modestiam aut disciplinam
coram eo proferre presumant.
Quod si forte in loquendo aliquem
modum excesserint: cum
ipse tacere preceperit. nullo modo
amplius loqui presumant.
Soli ipsi sibi repositum est
ut cum quelibet grauiora
puniendo fuerint: eius
iudicio reseruentur. Si
de qua consuetudine dubitatur. quicquid inde
ipse diffinierit ratum habeatur: quicquid inde ipse
diffinierit ratum habeatur. Iussio eius tante auctoritatis omnibus esse debet.
ut quicquid ille preceperit.
nullus negligere uel differre presumat. Quando abbas quoniam uiuus est debet
uel suppriori de maioribus
negociis. et que ad eum solummodo potestatem spectare
uidentur. Si necessitas incurrerit et sine graui dispendio aduentus abbatis expectari non possit: uices suas
agendas relinquere. Ubi
gratia. ut in nouiciis suscipiendis. quorum susceptio
dilatata multum obesse uideatur. et ceteris huiusmodi.

De conuersatione abbatis.

Prouidendum est abbati
ut bona conuersatione
sua omnibus exemplum discipline fiat: nec accepta abutatur potestate. Sed
tanto magis se ipsum in omni
disciplina cohibeat: quanto
alium supra se nullum habet.
a quo cohiberi possit. Non enim
ideo prelatus est ut disciplinae claustrali subiectus non
sit: sed sic se aliorum magistrum esse cognoscat: ut
regulam ipsam debeat habere magistram. Igitur in
subueniendo patrem. in
erudiendo doctorem. ita
se pro ceteris constitutum

intelligat: ut tam in fa-
ciendo aliis uel ceteris se soci-
um studeat exhibere. horas
canonicas sine certa et ra-
tionabili causa: numquam ne-
gligat. Precipue capitu-
lo et collationi numquam
de esse debet. Similiter ho-
ras silencii quantum possi-
bile est custodire debet:
quia non debet nec decet u-
tum aliis inquiete et silen-
tio se cohibentibus uacare
superstitiosis confabulati-
onibus. aut inquietudini
operam dare. Semper cum ce-
teris in refectorio comedat.
in dormitorio dormiet. So-
nitum ipse faciat. quo fra-
tres diluculo ad surgendum
excitantur. Vestimenta
eius et calciamenta et
lectualia. nec colore nec
precio. nec forma ab habitu
ceterorum differre debent.
Sed sicut ceteri induuntur
ita ipse induatur. Ad mis-
sam si uoluerit suam
specialiter habere potest u-
num simplex uestimen-
tum. i. camisiam et pal-
lio et omnibus sericis. Ca-
sulam de pallio non habeat.

Calicem argenteum et
deauratum habere poterit u-
num. De cetero aurum uel
argentum. nec in cande-
labris nec in urceis. nec in
thuribulis nec in baculis.
nec in aliqua materia ali-
a ad usum suum specialiter
habere permittitur. Quan-
do quoque proficiscitur. non
amplius quam unum fra-
trem et duos famulos ad su-
um comitatum assumat.
Sericia et mantilia deco-
ra non ferat. Vestimen-
ta ad missam suam si uolu-
erit secum ferre poterit. Equi-
taturam autem propriam
nec ipse. nec aliquis specialiter
ad usum suum habeat: sed
quam quisque nominare
presumat. Sed de hiis equis
qui in domo habentur. cum
opus fuerit. prout sibi pla-
cuerit. et congruum esse per-
specerit utatur. Quoci-
ens autem proficisci eum
quocumque necessitas postu-
lauerit. si fieri potest ante
discessionem. uel per se uel
per alium. uel si ante non
potest. post reuersionem
saltem cum ceteris fra-

in capitulo fratribus indicare.

Quomodo recipiatur quando diu foris moratus fuerit.

Quod si aliquando monachus cum per duos menses aut amplius moram fecerit, reversus hoc modo suscipi debet. Prius fratribus adventum suum nunciare debet. Tunc omnes pariter in ecclesia convenire debent, et ibi sedentes prestolabuntur eum. Ipse autem per portam superiorem ecclesiam ingressus, cum autem introitum chori pervenerit, ibi omnibus assurgentibus prior aquam benedictam et aspersorium ei offerat. Deinde transeuntem per medium chori hinc et inde inclinabunt. Procedens autem ad gradus prosternet se vel inclinabit et dicetur psalmus Ecce quam bonum. Quo finito et Gloria et kyrieleyson dicetur. Pater noster. Deinde dicet prior. Et ne nos. Convertere domine. Ecce quam bonum. Beati qui habitant. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oratio. Quesumus omnipotens deus, ut huic famulo tuo. Per Christum. Post hec abbas ascendet ad sedem suam. Deinde fratres ibunt in capitulum et ibi dicto Benedicite osculabuntur fratres per ordinem. Primum prior veniet ad eum et inclinans osculabitur eum. Deinde iterum inclinans revertetur in locum suum. Postea supprior et post eum omnes de dextro choro per ordinem. Deinde omnes de sinistro choro a maiori usque ad minorem. Postea residens iudicabit fratribus de itinere suo que dicenda fuerint. Possessiones ecclesie seu alia quelibet vendere vel mutare vel abalienare sine assensu et consilio capituli ei non licebit. Ad usum suum nichil proprium retinere debet. Sed si qua forte eum expendere vel dare specialiter oportuerit, de communi accipiat et camerarius de expensa eius sicut de aliis expensis rationem reddet.

Si abbas in aliquo excessu fuerit vel notatus fuerit quod tolerari ac dissimulari non possit, primum per religiosiores fratres secre

to et humiliter de correp
tione sua admonendus est.
Quod si admonitus negle
xerit corrigi: iterum at-
que iterum secreto autem
moveatur. quod si eius culpa
non facile manifestari ne
que usque ad ultimam despe
rationem ad commune capi
tuli audientiam proferri de
bet. et tamen gravius culpa
fiat non facile de eo credi
debet. nec in eo temere ar
gui. sic cum manifestata
et certa fuerit: nullo mo
do debet tolerari. De priore ma
iore.

Quando eligendus est
prior. primo dominus
abbas conferet inde cum
senioribus fratribus et cum eorum
consilio quem ad hoc offici
um eligere debeant diffi
niet. Postea refert sen
tentiam ad capitulum quam
omnes assensu suo compro
bare debent. Postea nomi
natus frater cum humilitatis re
verentia surgat. et veniens co
ram domino abbate ibi se
prosternet. Deinde iuben
te abbate surgens et indig
num minusque idoneum
huic honeri contestans
ne possibilitatem super viri
um suarum gravetur: simpli
citer exoret. Quod si dominus
abbas in sententia sua per
stiterit: non debet obedien
tiam pertinaciter refutare.
Tandem igitur assensum
prebente eo: obedientiam
iniungetur hoc modo. proster
net se iterum ante pedes
domini abbatis et abbas dicet: Do
minus custodiat introitum
tuum. et ceteris fratribus respon
dentibus: et exitum tuum
ex hoc nunc et usque in se
culum. Tunc surget et
domino abbate iubente i
bit sedere ad sinistram eius
ac deinceps in choro sum
mo supremus erit. In qui
bus prior abbati presenti ob
servire debet.

Sciendum autem est
quod quedam sunt in
quibus prior domino abba
ti presenti sub servire de
bet. Quedam vero in quibus
eo absente debet vices eius
agere. Ad eius officium per
tinet tam presente quam ab
sente abbate cymbalum
pulsare et tabulam ad
laborem et mortuum in dor

mitorio. et corrigere menda
legentium in ecclesia et capi
tulo. et in refectorio. et si quid
in conuentu in aliquo fra
trum usu uel gestu uel ha
bitu contra disciplinam per
peram. uel in alia qualibet
re. Quod corrigendum
uideatur sono uel nutu con
primere. et emendandum
significare. Et quando abbas
nonam lectionem legit
benedictionem debet dicere
stans. Abbate absente: ui
ce eius fungitur. Primum
in choro signum faciet ad
horas canonicas incho an
das. et ad tertiam orationem.
Orationem in dormitorio
ad collocandum et signum
diluculo ad surgendum.
Similiter omnes fratres licen
tiam cuiusque operis ab eo requi
runt. et consilia totius domus
ad eum referuntur. et secundum
eius preceptum quicquid a
gendum uel dimittendum
fuerit ordinabitur. Omnes
obedientiarii et ministri do
mus ad eum referent. si
quid in ministerio cuiusque
contrae emserit. et ei precepto
obedient. sicut abbatis.

Si quid tamen altioris
negocii interuenerit quod
per eius sententiam diffini
ri non possit usque ad abba
tis aduentum differetur.
Ipse autem in reliquis om
nibus que agenda uel facien
da sunt suum sensum se
qui non debet. Sed secundum
fratrum consilium eorum ma
xime qui prudentiores et
et religiosiores uidebuntur
quicquid illud fuerit agen
dum precipere. Hec autem
sunt que ad eius officium
non pertinent. obedientia
rios non instituet. neque de
ponet. nec aliquem ordi
nare faciet. nisi forte de
quo preceptum abbatis acce
perit. nullum de monasterio
eiciet nec eiectum nec no
uitium recipiet. nisi uel
fecit abbas. nouicium e
tiam non benedicet. Que reue
rentia exhibenda sit priori.

Quociens uice abbatis fun
gitur ab omnibus ei reuerentia ex
hibenda est. siue in choro.
siue in capitulo. siue in refec
torio. siue in quolibet alio
loco. hoc modo. Sedentibus
fratribus siue in choro siue et

capitulo si per medium transierit de sedibus suis tantum inclinare debent. Set assurgere non debent. Quicumque in choro coram eo transierit inclinare debet absente abbate. In refectorio transeuntes per medium et in choro similiter omnes fratres eo absente inclinabunt. Sicut abbati hee inclinationes tantum absente abbate ei debentur. Verum presente abbate nec priori nec suppriori alique inclinationes debentur. In habitu et vestitu suo sicut alius frater se contineat. Si quando extra monasterium exire debuerit nec in equitaturis nec in famulis. neque aliis quibuslibet apparatibus ultra mensuram cuiuslibet alterius fratris extendere. Indumenta ad mensam propria habere non debet. neque secum in itinere ferre. Septimanam suam in conventu sicut alter frater debet facere. extra monasterium presente abbate. nec alios quoslibet mittere debet sine licentia abbatis. nec ipse ire. Si quid offenderit clametur in capitulo sicut alius.

De absolutione prioris.

Si quando prior a ministerio suo absolvendus fuerit hoc modo ad priorem gradum restituetur. Veniet in capitulo coram domno abbate. ibique penitus prosternet se. Deinde iubente abbate surgens humiliter postulabit absolutionem. confitens se ministerium iniunctum non ut dignum fuerat implevisse. et ad hoc deinceps implendum suam infirmitatem non sufficere. Deinde iterum prostrato eo et petente veniam dicet domnus abbas. Indulgeat tibi deus. Tunc iubente abbate surget et redibit ad locum suum per ordinem. Sine autem assensu capituli et maxime sine horum consilio. qui spiritales sunt. abbas nec eligere nec deponere debet priorem. Si quis in participatione et societate orationum recipi pecierit. pater absente abbate prior eum recipere. sive in capitulo sive

extra. Si absente abbate p̄
orem extra monasterium
quicquam p̄fectu rei pos
tulauerit: debet sicut su
pra de abbate diximus eam
temeritatis uel ante discessionem. uel post reuersio
nem fratribus iudicare.

De subpriore.

Absente priore maiore
uices eius supplere de
subprior. Siue in hiis in
quibus abbati p̄senti sub
seruit: siue in hiis in qui
bus absentis uicem tenet.
Inclinationes alie que
maiori priori exhiben
tur: illi quoque exhiberi de
bent uice eius fungenti.
Totius domus concilia tam
quam ad priorem ad iſpm
referenda sunt. siue de hiis
que intus fiunt. siue de hi
is que deforis fiunt. Ad sup
priorem p̄tinet in suo cho
ro sicut ad priorem in suo
fratres excitare. et ut or
dinate stent uel sedeant
p̄uidere. et quicquid corri
gendum corrigere. uel cor
rigendum significare. et
mendas legentium emen
dare. Ceterum. absen

te abbate siue priore. qui rema
nent utriusque ministerium
supplet. Quando supprior
obedientia iniungitur: sta
tuendus est ad dexteram
abbatis. Scdo loco post eum.
Cum autem absoluitur:
reuertitur ad locum suum
priorem. De communi ex
pensa monasterii.

Quia autem cōmunem
uitam p̄fessis non so
lum indebitum. sed p̄nici
osum omnino est p̄pria ali
qua possidere. multorum experimentis
et uastationibus docentibus
omnia que unitatem scindunt
diu stare non posse. placu
it nobis ut nobis ut omnis
expensa monasterii de uno
marsupio ministretur. et
omnes obedientiarii sub cer
ta computatione inde ac
cipiant quod unusquisque in
suo ministerio expendere
debuerit. et rursum unusquisque
sub certa computatione ra
tionem reddat de hoc quod
expendit. Et preterea cen
sus et redditus monasterii
sub manu camerarii sint:
ut ipse obedientiariis ad ex
pensam tribuat. Sicut

vnicuique constitutum est. Donaria uero siue in auro siue in argento. siue in alia pecunia. undecumque monasterio peruenerint. ad abbatem spectant: ut ipse sub custodia certa seruanda reponat. Omnia autem que exinde obedientiariis. siue aliis quorumcumque usibus expenduntur. sub certa computatione tribuantur. et rursum pro expensis ratio per certam computationem reddatur. Debet autem ipse abbas electione et prudentia totius capituli tres aut quatuor fratres qui omnium iudicio religiosi et prudentes comprobentur. e quibus unus sit prior. alter supprior monasterii. testes sibi adhibere. et eorum quecumque in pecunia ecclesie sub manu sua habentur conscios facere. et cum eis claues repositorii participare. et non solum abbas. sed etiam isti redditus et census monasterii ubique scire debent. ita ut quicquid uel ex hiis que camerarius sub manu sua habet. uel ex hiis que in thesauro ecclesie sub tutela abbatis reposita sunt. presente ipso abbate. ipsis quoque testibus adhibitis pro omnibus ratio reddenda est. et ab hiis quibus expendenda dederint. et ab hiis qui expenderint. Ne autem aliqua negligentia aut obliuio expensorum surrepat. institutum est ut semper post quindecim dies. aut saltem post tres septimanas. abbas supradictis testibus adhibitis coram se obedientiarios ad reddendam rationem pro hiis que expenderunt conuenire faciat. Nichil autem sine testibus in pecunia ecclesie aut recipiatur aut reseruetur. aut expendatur. Si que autem obedientiarii in suo ministerio super accreuerint. que sua industria licite multiplicare potuerint. nam illicita lucra nec querere. nec tenere debent. nequaquam occultare debent. Sed ea que sicut alia que acceperint coram abbate. ad commune testium conscientiam proferre. quia fortasse per singulas computationem

rerum mentionem facere.
tediosum esset aut superflu-
um saltem visum anno cer-
tis temporibus ea sicut dic-
tum est commemorare de-
bent. De camerario.

Ad officium camerarii
pertinent omnis census
et redditus monasterii sive
de villis sive de terris. sive
de molendinis. sive de aliis
rebus quibuslibet ut ipse eos
tempore statuto et proprio
et recipiat. horre etiam et
arata et terre arabiles. et
cetere culture monasterii
i. nec non et pecora et omis
nutritture communes ad eius
curam spectant ut ipse pro-
videat que in hiis omnibus
instaurandis et exercendis
sive conservandis necessaria
sunt. Omnia etiam que eis
proveniunt ipse recipere de-
bet. et conservare et singu-
la prout distribuenda fue-
rint: distribuere. In mo-
nasterio omnis cura exteri-
orum et totius curie pru-
dentia ad eum pertinet.
Stabulum equi et omnis
suppellex que ad stabu-
lum vel equos pertinet et
servientes stabuli et totius
curie servientes sub eius
providentia sunt. Omni-
a ferramenta et utensilia
omnium officinarum mo-
nasterii preter utensilia coqui-
ne. ipse et emere debet quando
emenda sunt. et reparare que re-
paranda. Cura etiam de re-
sarciendis tectis totius
monasterii et omnium edi-
ficiorum eius ad eum spectant.
Ligna quoque sive ad focum.
sive ad quemlibet materia
cuiuslibet operis necessaria ipse
providere debet. Camerarius
sine licentia abbatis. nec ter-
ras emere. nec vendere. nec
mutare. nec aliquas novas
institutiones transferre.
nec novas gregum nutri-
turas instruere. neque in empti-
one aut venditione a-
liquarum magnarum rerum
pecuniam: ecclie expende-
re debet. Annonam etiam
monasterii cum ipse egue-
rit de villis. sive de quibus-
cumque aliis ipse ad grana-
rium deportari faciet. cum
annona in granario de-
fecerit: ipse quantum ne-
cessarium fuerit emet.

et ad granarium deferri fa-
ciet. Slaues autem et ue-
hicula. quibus annone de-
ferentur ipse prouidere de-
bet. Similiter et legumina
ad granarium ipse deferri
faciet. et si deferentur emet.
Et non solum cellerarius.
Sed hospitalarius quoque et
infirmarius et omnes obe-
dientiarii monasterii ab
eo expensas suas requirent.
siue pro oleo siue pro cera. si-
ue pro pargamenis emen-
dis. siue pro conducendis
scriptoribus. siue pro alia qua-
cumque re necessaria etiam uel
claustrum. siue in officinis
que foris sunt necessaria.

Item de ipso.

Ceterum super ipsos obedien-
tiarios. aut super seruien-
tes eorum. precipue cellerarii po-
testatem exercere non de-
bet. nec ipsi super seruientes
eius. nisi quantum inuicem
sibi caritate et pace
sub seruire uoluerint. Si
autem camerarius in ali-
quo forte opus seruientibus.
cellerarii siue alterius obedi-
entiarii necesse habuerit. pri-
us ipsis indicare debet et
illi si eis uacat libenter de-
bent concedere. Similiter
ipsi quotiens seruientibus
eius opus habuerint ab eo
prius postulare debent.
et ipse petentibus si fieri po-
test libenter annuere. Ipse
cellerarius et omnes alii obe-
dientiarii qui sub se seruien-
tes habent. quotiens opus
alterius eguerint pro pace. frater-
nitatis conseruanda. ad inuicem
agere debent. et qui forte pe-
tentibus succurrere non po-
terunt. humiliter se stude-
ant excusare. Utensilia
etiam que ad ministerium
cuiuslibet obedientiarii per-
tinuerint. alius temere
usurpare non debet. nec
si forte usurpauerit. ille
ad cuius officium pertinet
turbulenter inquirere. Ut
quis enim et qui fecerit. et qui fa-
cienti non cesserit. reus
iudicandus est. Item de eodem.

Siquid de pecunia ecclesie
alicui prestare uel ab ali-
quo mutuo accipere uoluerit. ui-
deat prius ne forte inde
dampnum aliquod uel scan-
dalum oriri possit. et si id
mutuum fuerit. id est uel

centum solidos. nullo modo
sine licentia abbatis. vel prio
ris vel mutuo accipere debet.
fideiussorem etiam se pro
nullius debito dare debet.

Negotiatores Item de eodem
nullo modo exercere debet.
id est nichil ad vendendum eme
re causa lucri. nec equos. nec
porcos. nec oves nec boves.
nec aliquid. sive maliqui
bus. sive in alia qualibus re.
videlicet ut est mercator a
liquid vilius emat ut ca
rius vendat. Animalia ta
men ad nutrituram eme
re et eorum fructum id est peculi
um. quod in die exierit ad uti
litatem ecclesie convertere qui
tum sine peccato potest non pro
hibetur. quando quocumque exire
debuit camerarius moram
facturus id est si eodem die re
versurus non est. prius do
mino abbati causam itineris
sui indicare debet. sive pri
ori si abbas presens non est.
sive priori si prior abest.
et quamdiu moram foras
se facturum putet. De grana
Granarii et cellararii et rio cel
horreorum. ad curam lario et
et prudentiam camerarii horreo

spectant. pro quorum omnium
amministratione. sive alio
rum que ad eum pertinent solici
tum ei dari debet. Unus de
conversis qui et prudentia et
cum spectus et rebus dispo
nendis ac conservandis sol
licitus ac studiosus probatus
sit. hic itaque id est subcamerarius
ad custodiam granarii et cel
larii et horrei et stabuli ei
subservire debet. huius quo
que officii erit tecta ecclesie et
clausteri et aliarum officina
rum omnium. frequenter circum
veniendo respicere et que
vel discissa vel dilapsa inve
nerit sine dilatione repara
da. ipsi camerario annuncia
re. vel si ille abest. vice eius
ut citius reparentur que re
paranda sunt providere. cum
brevis omnibus camerarius vi
ce sua curam commendare de
bet et quo ipso absente in va
riarum rerum amministratione
ad expensam necessaria sunt
quantum opus est persepe dat re
linquere. Ille autem pro his
que expendit camerario ra
tionem reddet et ille ad ea
ad commune computatio
nem. cum ceteris suis ex

pensis amministrabit. Serui
entes quoque curie qui ad ca
merarium pertinent post ca
merarium ei obtemperabunt
in hiis que agenda sunt. Sed
etiam pabula equorum de gra
nario siue de horreo secundum men
suram que constituta est ipse
prebere debet. Equitaturam
etiam quando quocumque eun
dum est unicuique prout com
petit absente camerario cu
ra et sollicitudo ad eum spec
tat ut in hiis omnibus curie
que tractanda sunt et dispo
nenda ad ipsum uelut ad ca
merarium recurratur. Sic
tamen ut in nulla re contra
maioris camerarii ordinati
onem quicquam agere pre
sumat. In hiis que agenda
sunt semper eius consilium
requirat et obtemperet uolun
tati. Huic quoque alius coad
iutor datur ad panem et
uinum custodiendum et distri
buendum. Qui si necesse fu
erit nocte in cellario dormi
re debet atque ibi in die sem
per horis constitutis presens ad
esse. ut et uina diligenter
custodiat et petentibus quo
modo oportet et quantum opor
tet simul et panem distri
buat. Obseruare etiam sol
licite debet ne annone in
granario corrumpantur
et pistoribus ad faciendum
panem sicut constitutum
est tribuere. De pistrino
curam ac diligentiam magnam
sollicitus esse debet. ne pisto
res annonam uel furentur
uel perdant. aut spargant. et
ut in pane coquendo studiosos
exhibeant se. ne aliqua mo
lestia fratribus generetur. aut
dampnum aliquod domui pro
ueniat. Panem loco compe
tenti conseruare debet. et
prout oportuerit ipse uel suus
adiutor eum distribuere. Hoc
autem tam priori quam
prepositis aliis qui foris mi
nisteria habent uel operibus qui
buscumque prepositi sunt dilige
tissime obseruandum preci
pimus. ut nemo aliquid ex
hiis omnibus que ad alterius
ministerium pertinent quic
quam sine licentia ipsius
usurpare presumat. id est
nec operarios. nec equos. uel
alios seruientes. nec ferra
menta nec consimilibus mate
riam. nec aliud quidpiam quod

sibi ille prius ausum fuerit
aut pudentem ammoue
Institutum de cellerariis. Sta-
tuimus ut in domo nostra una tantum
coquina et unus cellerarius
habeatur: in qua ut ea que
preparanda fuerint expeditius
fieri possint: duo ignes
seorsum et seorsum fiant.
Unus ubi cibaria fratrum
sive de refectorio sive de
infirmario parentur: alius
ubi cibaria hospitum et fer-
mentum totius domus.
Sive horum qui sub ma-
nu camerarii sunt sive
cellarii. sive hospitarii. si-
ve quorumlibet aliorum obe-
dientiariorum. Cellario au-
tem si necesse fuerit solatium
dari debet. id est coadiutor
qui in partem ministerii et
cooperationis illius sic accede-
debet ut tamen nec super
eum. nec contra eum ali-
quam potestatem exerce-
re presumat. Sed tota rerum
dispensatio secundum ordi-
nationem maioris cellerarii
procedat. Sed et cum tempore come-
dendi advenerit maior
cellerarius preter sibi iniun-
ctum cooperatorem suum mal-
teram partem constituere.
Iste vero in abbatia pre cetera
nebit. ut. s. unus ea que
fratribus in refectorio sive
in infirmario danda sunt distri-
buat. Alter vero ea que hospi-
tibus et famulis totius do-
mus deferenda sunt dispen-
set. Cellerarium siquidem
benignum et compacientem
esse oportet et ut non solum
malis aliorum compati sed et
mala quoque pati sciat. Et
ut non nostris sed beati bene-
dicti verbis utamur: celle-
rarius monasterii eligatur
de congregatione. Sapiens.
maturus. moribus. sobrius.
non multum edax. non tur-
bulentus. non iniuriosus.
non tardus. non prodigus. Sed
timens deum. qui omni con-
gregationi sit sicut pater.
curam gerat de omnibus. si-
ne iussione abbatis nichil
faciat que iubentur cu-
stodiat. fratres non contri-
stet. Siquis frater ab eo
forte irrationabiliter aliqua
postulat. non spernendo eum
contristet. Sed rationabiliter
cum humilitate male pe-
tenti deneget. animam

suam custodiat. memor illud
apostolici precepti. quia
qui bene ministrauerit: gradum
bonum sibi acquirit. Infir-
morum. infantum. hospitum. pau-
perumque cum omni sollicitudi-
ne curam gerat. sine dubio.
quia pro his omnibus in die iu-
dicii rationem redditurus
est. Omnia uasa ministerii
sui. cunctamque substantiam
ac si altaris uasa sacrata con-
spiciat. Nichil ducat negli-
gendum neque auaricie stu-
deat. neque prodigus sit et ex-
stirpator substantie mona-
sterii. Sed omnia mensurate
faciat. et secundum iussio-
nem abbatis. Humilitatem
ante omnia habeat. et cui non
est substancia que tribua-
tur sermo responsionis por-
rigatur bonus ut scriptum
est. Sermo bonus super do-
tum optimum. Omnia que
ei iniunxerit abbas. ipsa ha-
beat sub cura sua. a quibus eum
prohibuerit: non presumat.
Si congregatio maior fue-
rit solatia ei dentur. a quibus
adiutus et ipse equo animo
impleat officium sibi com-
missum. horis competentibus

dentur que danda sunt.
et petantur que petenda
sunt. ut nemo perturbetur
neque contristetur in domo
dei. Cellerarius quicquid nu-
mero sibi ad expensam con-
stitutum est: accipere debet. le-
gumina a granatario. hor-
tolanus cellario subiectus
est. Ut si quid fuerit in hor-
to quod ipse uelit et expedire
noluerit: ad seruicium fra-
trum accipiat. Sub manu
cellerarii est coquina. lar-
darium. dispensa minor.
Omnia utensilia coquine
et sal ipse emere debet. sine
tamen hec potest si uolu-
erit. Qui si habuerit [illegible]
turam. de annona de gra-
nario. et sit fures de postu-
no eius erunt. Hoc etiam
prouidere debet cellerarius
ut cibum fratrum et equi-
dimidat. et equaliter sine per-
sonarum acceptione distribu-
at. Si forte contigerit ad ho-
ram qua fratres ire debent
in refectorium ut abbas non-
dum paratus sit: pulsaret
malleolum qui pendet
ad cimbalum et interim
fratres sedeant in claustro

ad lectionem. Similiter facit
pro pane nondum cocto. Sed
cavere debet ne hoc sepius
contingat. Quamdiu fra
tres in refectorio sunt cave
re debet cellerarius ne in coqui
na strepitus fiat quo per
turbentur fratres. Pro
videre etiam debet ut servi
entes coquine circa cibaria
preparanda munde et honeste
se contineant. et ut vasa
quibus cibi inferuntur et
diligenter lota et bene desub
tus extersa sint. ne men
salia quibus supponuntur
maculentur. Cellerarius
singulorum fratrum infirmi
tates cognoscere debet. ut
qualiter unicuique prout ex
petit et possibile fuerit sub
venire debeat scire possit.

Item de eodem.

Observare debet
cellerarius ne aliquis
extraneorum ingrediatur in
coquinam aut ea que ibi
agantur inspiciat. Fratres
quoque omnes et conversi tam o
bedientiarii quam claustra
les ab introitu coquine se
omnino abstinere debent.
Excepto infirmario et hos
pitario et refectorario et
elemosinario et qui eis sub
serviunt. Si quis autem
cum cellario aliquid age
re voluerit. usque ad intro
itum coquine veniet. ibi
que vocato cellerario. quid
expetat indicabit. Hoc quoque
providere debet cellerarius
ne hiis fratres quibus alia et
specialia preparantur. nomi
nentur in audientia servi
entium. sicut de camera
rio diximus. Ita quoque cel
larius providere debet ne in
emendo vel vendendo nego
ciationem exerceat. aut in pre
stando. aut mutuo accipi
endo scandalum faciat. et
ut denarium nec magnum
in omnibus sine consilio
abbatis presumat.

De refectorario. xvi

Ad refectorarium pertinet
tempore statuto sive
ad prandium sive ad cenam
mensas preparare. panem et
vinum et legumina apponere.
et sicut fratres deforis ve
niunt. Ubi ad refectionem
sedere debeant providere et
eis similiter que sunt ap
ponenda apponere. Aquam
etiam ad lavatorium ferri
re debet. Similiter ad re

fectorium et in prandio et in
cena. Aquam recentem fra
tribus qui voluerint appone
re ne vel hyeme congeletur.
vel estate tepescat: modico
ante introitum fratrum in
ceas infundere. Post nonam
vero in maiori aliquo va
se preparatam habere ut ei
cuncti feratur: et qui voluerit
sumant. Item de eodem.

Providere quoque debet ut
mensalia et manutergia
pro mundicia sepius muten
tur. manutergia videlicet per
quindecim dies. mensalia
vero tribus septimanis tran
sactis, nisi forte reuerentia
alicuius magne festiuitatis
hunc terminum preuenire expe
diat. Poterit etiam si in prio
ri instituerit aliqua magna fe
stiuitas mutatione mensa
lium usque ad eam differ
re. que tamen dilatio ultra
octo dies extendi non debet.
Manutergia ad minus qua
tuor esse debent et post .xv.
dies semper die dominico muta
ri, nisi forte pro aliquo excel
lenti festo dominicam diem pre
uenire aut transire conue
niat. Cauere autem dili
genter debent omnes ne cum
manutergiis aut nares emun
gant. aut dentes confri
cent. aut sanguinem ab
stergant. aut aliquam in
mundiciam tradent. et
qui forte aliquam maculam
fecerit: statim abluat. Si
militer et de mensalibus in
refectorio est obseruandum.
ne quis in eis vel dentes con
fricet. aut aliquid aliud
contra mundiciam et ho
nestatem agat. Debet etiam
refectorarius receptaculum
habere congruum ubi reponat
mensalia et manutergia et
iustas et ciphos et urceo
los et coclearia. Ut et in
de in refectorio quicquid
tribuendum vel mutandum
fuerit: sub ministretur. Ur
ceoli ad aquam duobus sem
per fratribus singuli pona
tur. Sal etiam in pluribus
locis prout necesse fuerit secundum
multitudinem fratrum mense
supponatur: et prouide debet
refectorarius ut vase sala
rie et sal quod apponitur
mundum sit. Et si forte
ut solet aliquando humiditate
liquescat: exsiccetur. vas

tas ciphos et urceolos. et
coclearia per singulos menses
semel abluat. et refectori-
um per singulas ebdomadas
scopis mundari faciat. Iu-
stas ciphos et coclearia et
cetera vasa refectorii nemo
debet efferre sine eius licentia.
Si aliquid de cibariis sive
aliud quodlibet super men-
salia ceciderit: unde macu-
lentur ad refectorarium
pertinet. ut ipse abluere fa-
ciat. Candelabra etiam pro-
videre debet que hyemali
tempore in refectorio fratri-
bus in sero ante ponuntur.
que tali ordine disponenda
sunt. ut tribus semper ad mi-
nus unum luminare sub-
serviat. Sed et mattas super
sedes. et muscatoria et urceo-
los ad lavatorium et ipsum
lavatorium quociens opus
est mundare. Postquam
autem fratres ad reficiendum
assederint: tunc refectora-
rius interius secus ad fenestram
stans ea que ministranda
sunt fratribus a cellario ac-
cipere debet et deferre. et sic.
Supra de cellerario diximus.
tra et refectorarium quo

que nosse oportet instrumenta
vel scutellas quibus aliqua in-
pendere specialiter necesse fuit.
ut sciat quid unicuique opor-
teat. Inter comedendum autem
frequenter circuire debet. et
perspicere sicubi forte aliquid
deesse videt quod suppleat.
aut si forte ex hiis que apposita
sunt quippiam coram aliquo
fratrum permansisse videat
quod alibi convenienter apponere
possit. Siquis ex hiis que ap-
ponuntur integrum reddi-
derit. id est si degustatum et re-
fectorarius alium videat
id quod sibi appositum est in tac-
tum reliquisse. preter integrum
pro integro dare. et quod rece-
perit integrum: ad cellarium
referre debet. Quod vero ab ali-
o integrum receperit alteri
qui de suo comedit non ap-
ponet. Sicut tamen forte su-
um minus sufficere viderit.
aut eum minus quam ne-
cesse videatur ex illo sump-
sisse perspexerit potest ex al-
terius degustato ferculo
si habuerit quod magis pla-
cet illi apponere. Quod si
cui ab alio degustatum appo-
suerit et ille suum integrum

reddat. hoc integrum qd̃ re
cipitur ad elemosinã. Prout
quẽadmodũ degustatum.
alia omnia fercula q̃ nõ
degustata redduntur ad
cellerarium referri debet.
Quod si aliquid ad ea que
apponenda sunt fr̃ib; defe
renda non sufficiat: poterit
de iunioribus fratribus aduo
care. ut ipsi de manib; sui
suscepta deferant & appo
nant. Similit̃ in colligẽ
dis et reportandis reliq̃s
faciat si necesse ẽ ad fenestrã
nemo debet accedẽ pter
illum. Ibi autem siue in
accipiendo siue in redden
do sermones serere non
debet. nisi q̃tum uł signo
simplici sinuere. uł uer
bo simplici. una tm̃ sig
nificare prunciatione
potest. Ubicumque autem
fuit in refectorio sepius
ad abbatem respicere de
bet. ut siquid ille facien
dum iuuat: psto adesse
possit. Si cui fratrum pa
nis suus non sufficerit:
refectorarius supplere de
bet siue in prandio siue i
cena: ut panis cui appo

nitur fr̃ib; mundus sit:
id est neq; exhustus. nec
aliud quippiam quod ter
gendũ sit uł abradendũ
sit habens ds; puidere. quo
tienscumq; fructus aliqui
moles uł cocti et cetera hu
iusmodi fr̃ib; apponit. i
uasis apponere debet ne in
salsa maculent aut infi
ciant. fructus autẽ sicut
cetera cibaria undecum
q; querendi sunt cellera
rius querẽ ds;. Refectora
rius autem cum apponen
di fuerint tantũ apponẽ
et distribuere debet. Si
milit̃ in hyeme aquam
calidam puidere. ut qui;
uoluerint accipiant. Scu
tellas & scopas ad colligẽ
das reliquias pparatas
hr̃e debet. quib; sicut cõ
suetudo est duo fratres
de iunioribus signo dato hic
inde surgentes colligit
reliquias. Sciendũ ẽ autẽ
q; nec in emendis aut p
quirendis uasis refectorii.
nec mala qualibet sup
lectilitura ad eum ptinz.
Sz uasa cũ necesse fuit. et
quantum necesse fuit a

camerario expetat. Men
salia vero et manutergia a
vestiario accipiat, et item
lavanda tribuat, et lota
iterum servanda recipiat.
Ita ut et iterum consu
scat et diligenter signa
ta habeat. Ad eum pertinet
quando radendi sunt fratres
ante capitulum sive post
prandium, hoc est quando al
bas iusserit, aquam cali
dam et pelves sive scutel
las et cellulas paratas habeat, que
omnia deferet in eum lo
cum ubi radendi sunt fra
tres, et postquam rasi sunt
fratres reportabit. Sabbato
etiam quando debet fieri man
datum. post prandium sive
post nonam. secundum tempus
afferet alveolos et aquam
calidam in claustro. in uno
vase et frigidam in altero
et ponet eam in parte clau
stri occidentali. ubi lava
bunt fratres pedes suos.
Deinde postquam laverint
reportabit. Similiter post
vesperas ad mandatum a
quam calidam et frigidam
preparabit. aut si tempus
fuerit temperatam et ponet

ante capitulum exterius sed
in pratello. et postea finito
mandato ipse vasa reporta
bit. Refectorarius unum de
conversis ad solatium habere de
bet. qui vice sua et ad pran
dium et ad cenam refecto
rium preparet. id est panem et vi
num et leguminia afferat
et apponat, et aquam hau
riat et cetera que ante introi
tum fratrum preparanda sunt
provideat. Post introitum
autem fratrum solus ma
ior refectorarius mensis
serviet. Ita ut laycus frater in
presentia fratrum nec ad de
ferenda nec ad tollenda
aliqua ad mensas accedat.
Propterea quod refectorario solati
um datur, nec eum frequen
ter egredi aut a conventu
separari necesse sit. Aut bono
canonicos de eis eos etiam
qui post capitulum minutum acce
perint. aut qui perfectiori quam
quam alii conventui cibum
sumunt. sive pro alia quacumque
causa extra refectorium refici
unt. ipse ducere debet et re
ducere. vel per servulum conversum
qui ei subservit. quod eis que
renda sunt querere. hospites quoque

qui extra conuentum in re-
fectorio reficiunt ad eum
pertinent. Hoc autem scien-
dum est quod claustralibus hi-
is uidelicet qui foras non mit-
tuntur quando mixtum ac-
cipiunt. sine eius presentia
a conuersis fratribus seruire non
debet. Igitur inter capitulum et
terciam post offertorium
maioris misse usque ad sextam.
itemque ab ea qua prior ad
pulsandum cymbalum e-
greditur usque dum seruito-
res comedunt. Similiter
inter nonam et uesperas. et post
maiores uesperas usque ad
cenam si necesse fuerit in cel-
larium et in dispensam et re-
positorium et coquinam. pro hiis
que dicenda uel agere uel postula-
tur. ceteris horis omnibus sicut
alius claustralis. sine licentia
nusquam egrediatur.
clauem autem cellule in
qua reposita sunt que ad
refectorium pertinent. nec e-
um in hiis occupari oporte-
at. frater conuersus qui ei
in ministerio refectorii subser-
uit ferre debet. ut cum tempus
expostulat inde accipiat
que accipienda sunt. itemque
reponat que reponenda
sunt. qui et sicut supra
diximus. illa que deforis trac-
tanda aut requirenda sunt
pro ipso agere et prouidere debet
seruitoribus conuersis fratribus
per ministrare potest. In con-
uentu autem refectora-
rius cappa indutus serui-
re non debet. neque solo sta-
mineo desuper in tunicam.
Sed uel pellicio uel tunica li-
nea indutus sub suppel-
liceo. Subrefectorarius si o-
pus est solacium esse potest.
sub camerario ad custodi-
endum et distribuendum
panem. et ad uinum distri-
buendum. erit in cellario
semper cum eo tornator.

De infirmario.

Infirmorum
cura uni alicui debet in-
iungi. ut ipse a cellerario
petat quod cumque opus pro-
speruerit. et que infirmis pre-
parandum est tempestiue
prouidere debet. Quotiens a-
liquis signo infirmitatis
suo siue in choro siue in re-
fectorio. siue alibi de con-
uentu egreditur. abbas
siue ille qui uicem eius
tenet si infirmitas sta-

tris statim adiutorio indi-
get. Ut videlicet si sanguis
de naribus eius fluxerit mi-
nuere de infirmario si pre-
sens est. vel si ille presens non
est alii cui voluerit ut se-
quatur: et quod opus est illi
faciat. Si autem prelatus
non intellexerit significa-
re debet infirmus. vel ei
si potest. vel si non potest
alteri. Qui tamen nisi
accepta licentia sequi non
debet nisi forte subita pas-
sio et gravis fuerit. Si au-
tem infirmitas tam gra-
vis fuerit ut infirmus non
signum facere possit: et
quicumque viderit statim
succurrere debet. Cum
autem infirmitas adeo
gravis non est. ut statim
adiutorio egeat debet per-
manere extra conventum.
ita tamen ut neque infirma-
riam intret. nec extra cla-
ustrum egredi presumat.
sine licentia. Abbas sive
qui vicem eius tenet ex-
pleto officio cum primum
oportunum fuerit advoca-
re eum debet ut cognos-
cat infirmitatem eius. ac

deinde infirmario si pro nec-
cesse est curam ei commenda-
re. Aliter infirmarius nullius
curam suscipere debet. Ex-
ceptis hiis qui assidua infir-
mitate egrotant. qui et ipsi
si tamen quando ingravescen-
te infirmitate aliquo insti-
solitum necesse habuerint id
ipsum prelato indicare debent.
et sic per eius licentiam e-
os vel in infirmariam ducere
vel aliud quicquid oportu-
erit consolationis impendere.
Infirmarius solacium ha-
bere debet aliquem de con-
versis probabilis vite fratrem
qui assidue in infirmaria
commoretur et claves ferat
eorum que ibi recondita sunt.
Debet enim infirmarius
in infirmaria archas. vel ali-
qua alia receptacula habere u-
bi reponat ea que assidue
ad manum haberi oportet.
videlicet manutergia et sal-
saria. que propria et signata
habere debet. et cetera vasa
que infirmarie necessaria sunt.
Debet etiam habere secretum a-
liquem locum ad hoc specia-
liter preparatum ut cum nec-
cesse fuerit infirmis balnea

competenter fieri possint.
Dolium quoque et caldarium
et bacinos et cetera que ad
hoc necessaria sunt. Libros etiam
ad cantandas horas infirmis
et si quid opus fuerit ut co-
ram eis lectio legatur de me-
dicina uita et exemplis sanctorum si-
ue de aliis que ad edificationem
pertinent ad consolandos ani-
mos eorum. Cotidie statutis
horis quotiens necesse fuerit
infirmos uisitare debet et
eorum uoluntatem de hiis que
ipsis preparari debeant inquire-
re. Horas etiam si necesse est
decantare. uel si ei non ua-
cat alium prouidere. Con-
uersus autem frater qui
ei in ministerio infirmorum
subseruit assidue in infir-
maria adesse debet. nisi ipso
maiori infirmario presente
et sapiente digrediatur.
uel si ipse abest cum licen-
tia infirmi et egressus ul-
tra statutam moram non fa-
ciat. Si autem foris diu-
tiorem moram facere necesse
fuerit: indicet infirmario
ut ipse interim infirmo
solatium prouideat. Si unquam infirmarius ho-
ram regularem omiserit.
nisi forte communis abbas fu-
erit in infirmaria. tunc
si post eum omiserit: non nota-
tur. Quod si forte aliqua
superueniente necessitate.
nec hore regulari adesse pos-
sit. nec licentiam querere.
in crastino ueniam in capi-
tulo querat et causam indi-
cet quare remanserit. Cum
infirmus uadit in infir-
mariam debet infirmari-
us de refectorio afferre cy-
phum et iustam et cocle-
ar eius et de dormitorio
lectualia eius. Cum uero
ad conuentum redierit
que detulerat ad refectori-
um et ad dormitorium refe-
rat. Prouidere etiam de-
bet ut omni nocte coram
infirmis lucerna iugiter
ardeat. Coquinam et re-
fectorium et cellarium
et dispensam pro eorum serui-
cio ipse et solacium eius de-
re prouidet. Ceterum quam in-
firmus non fuerit pro quibus
eum exire oporteat ordinem
suum sicut alii claustra-
les teneat. Quando regula-
res hore cantantur ex-

quo pulsatur collatio usq;
ministrum post capitulū
et in estate hora meridiana
in infirmaria infirmarius
silentium tenere debet.
excepto eo q; cum ualde e-
grotantib; etiam tunc si
opus est de his q̄ necessa-
ria sunt loqui ei conceditur.
Si quid de cibo remanse-
rit q; iterum infirmis re-
presentari possit reseruet
si necesse est. Reliqua ūo
cellerario panes uidelicet
integros. carnem et cetera
pulmentaria reddat. ut
ipse quod sibi iussum fue-
rit. ẜ videl. si quid ibi inue-
niat q; honeste aliis appona-
tur retineat. cetera tri-
buat elemosinario. Pa-
nes uero qui degustati uel
incisi redduntur ad elemo-
sinarium pertinent. et quia
per quibslibet minimis ad
coquinam recurrere sem-
per difficile est: debet in inf-
irmaria habere patellam et ce-
tera suppellectilia quib;
subito si opus fuit: uel ea
q̄ de cibo infirmis reposita
sunt calefieri possint. uel
condimentū aliquod et

cetera minora preparari. Mi-
nutorum etiam cura ad infir-
marium pertinet et uasa q̄-
b; sanguis eorum accipitur.
& fasciolas ipse prouidere de-
bet & sanguinem condere
et uasa mundare ipse faci-
et. ignem in calefactorio per
hyemem statutis tempori-
b; ipse faciet. Si hii qui in
infirmaria sunt in aliq̄
offendunt ad infirmariū
pertinet corrigere eos. Q̄d
si non emendauerint deb;
indicare prelato. Hoc etiam
ad curam eius spectat ut
cum ingrauescente cepit
langor infirmantis hoc ī
capitulo fratrib; innotet ut
communis fiat oratio pro in-
firmo. & si postmodū conua-
luerit. hoc iterum indicare
ut terminetur oratio et
quicumq; de infirmaria
communicare debuerint:
hoc etiam prelato enuncia-
ri debet. Sz & de unctione in-
firmorum abbatem ammone-
re d;. Cum uero infirmus
morti penitus appropinqua-
uit ad terram sic sagum po-
nat & mox tabulam ere-
bris ictib; ante hostium

in claustro feriat. vel si ad
laborem fuerint fratres
signum pulset. aquam
ad lavandum corpus cale
faciat. Vestimenta quibus
corpus involvendum est
a vestiario requirat. Fere
trum preparet de fossa re
portet et custodiat. **De elemosinario.**

Ad elemosinam
faciendam eligi de
binus de fratribus pius et man
suetus ut per pietatem com
pati sciat indigentibus et per
mansuetudinem possit
etiam importunitatem peten
tium tranquillo animo
tolerare. Ad huius officium
pertinet feriales et lineas et in
terularias et si qua alia sint
que proprie ad elemosinam
pertinent. secundum consilium
et prudentiam abbatis manu
tenere. De panibus decimam
accipiat. Reliquias refec
torii tam de panibus quam de
cibariis et vino ipse habe
bit. Ad quas suscipiendas
vasa ydonea preparata habere
debet in refectorio sufficien
enter. ne videlicet reliquie
diversorum cibariorum permiscean
tur. Scutellas etiam propri

as et cyphos proprios habeant.
Vasa autem refectorii. id est mis
cas et cyphos et coclearia.
Scutellas quoque quibus fra
tribus cibus infertur. et sportel
las cum quibus reliquie a men
sis colliguntur efferre non
debet. Vinum de iustis et
sextis post completorium
colligat. et statim ad dor
mitorium revertatur. So
lacium habeat portarium
claustri cum tempore ele
mosine faciende usque in re
fectorium vel in dispensa
venire potest. ut adiuvet
eum efferre que efferenda
sunt. In elemosina quoque
distribuenda quantum pot
est adhibeat diligentiam. Sic tamen ut porte
custodiam non negligat.
Oportet autem in elemo
sina distribuenda elemo
sinarium magna uti dis
cretione ut infirmiori
bus quibus et teneriora et
delicatiora reservet et
ut eos quoque qui forte ex
consortio aliorum erubescere
potuissent. Siqui tales
advenerint seorsum se
dere faciat ut secretius
quod eis impertiendum est su

mere possit. Reliquias ciborum quas de infirmaria elemosinarius habere debet subinfirmarius usque ad dispensam feret. Similiter subhospitarius faciet de reliquiis que de domo hospitali ad elemosinam pertinent. Elemosinarius omnibus horis interesse debet, excepta nona quando mandatum divitum elemosinam facit et cantat. Ad eum pertinet ad mandatum in quadragesima quod per singulos dies fit pauperes eligere, et in locum ubi pedes eorum lavandi sunt collocare. Aquam calidam et linteos et manutergia, et alveolum pedibus eorum et manibus abluendis providere, et prebendas constitutas fratribus illic paratas habere. Similiter in cena domini ad mandatum pauperes eligere debet secundum numerum fratrum tam laicorum quam clericorum quot sunt in monasterio sani sive infirmi. Quos postquam elegerit statuet, et eos in claustro per ordinem. Aquam etiam calidam et frigidam et manutergia et lintheos et alveolos preparare debet. Postea cum tempus fuerit adducendos fratres tabulam pulsare, et finito mandato pauperes ubi reficere debent ducere, et eis interim comedentibus que opus sunt sicut constitutum est ministrare. Ad eius officium pertinet breves de defunctis foris ad ferendum dare, et allatos suscipere et in loco constituto ponere. Si rotulo apportetur vel apportatus fuerit, non intus feretur. Sed tamen memoriam defuncti elemosinarius in capitulo recitabit. Quod si forte qui affert intro cum pervenerit, non communis suus capiatur, nec explicetur coram fratribus. Sed tamen armarius meo scribat. Anima eius et anime omnium fidelium defunctorum requiescant in pace. Ac demum reddat illi qui attulit. Memoria tamen defuncti recitetur in capitulo. Egredientes sine licentia et conscio abbatis in domo nostra ad preparationem non suscipi-

et. Sz siquem foris languē
tem nouit illuc ei siquid ē
mittend mittat. Qz siquē
abbas recipi iusserit debet
elemosinarius ei ministrā.
Secundum necessitatem ē
firmitatis sue prouidere ē
de elemosina procurare. et
sicut congruum fuit ad
eius uisitationem ueni
re. Sz et de confessione
et de communione eius
sollicitus eē debet. ut fa
ciat sicut oportet. Qz si
mortuus fuerit infirm
debet elemosinarius ea
que sepulture eius sunt
necessaria prouidere ē in capi
tulo abbatem ē ceteros
fratres de eius memoria
ammonere. Si quā extra mo
nasterium pp ea que ad
eius obedientiam spectāt
ire eum ōē postulauerit.
debet prius abbati ipsi ē
ipsam causam insinuare ē ab
eo licentiam eundi que
rere. neqz ultra statutū
sibi terminum foris morā
facere. De cetero sicut a
lius claustralis ordinem
suum teneat. De porta
rio autem.

Portarius unus de conuē
sis fratribz eligi debet
probatis moribz. affabilis
et benignus qui morum
atqz uerborum disciplina ē
structus. cunctis qui exem
plum et titulus totius
domus proponatur. Huic er
go mansionem iuxta por
tam habere debet in qua iu
giter commoretur ne un
quam inde discedat. nisi
alium uice sua relinquat.
Huic autem hoc primū
obseruandū est. ne aduē
nientes deforis atqz intra
re uolentes aliquo modo
contristet. uidelicet ut e
os nec multiplici interroga
tione neqz nimia dilatio
ne fatiget. nec aliqua du
ra responsione. aut iniu
riosa allocutione commo
ueat. Eis tū qui nocte
extra horam ueniunt nō
facile aperire debet nisi p
us ē personam ē causam agno
uerit. Ceteris .i. die. hora
competenti uenientibz post
modestam interrogatio
nem datam. responsionē
qz acceptam. aut statī
introitum pandere debz

aut si eis aperiendum non
sit perspexerit: humiliter ex-
cuset et ne aliquatenus
de repulsa sua perturbentur
etiam causam quare eis non
aperitur adiungere. Et oportet
diligenter ita exequenda super-
aprimus ex his qui deforis
adveniunt precipue primo
occursu cum magna beni-
gnitate et humanitate re-
cipiendi sunt: non solum
ut ex his non extrahat sed
videat. eos quid etiam in se
latentem existimationem col-
ligant. Sed ut prima quo-
que caritate confirmati si
quid forte in aliquo erga
eos minus quam oportet
de reliquo agitur: hoc vel
ex ignorantia vel impos-
sibilitate potius quam
ex malicia provenire cre-
dant. Cum ergo portam
aperuerit ingredientibus
si de religione fuerint pri-
mo occursu prostratus incli-
natus dicat: Benedicite. De-
inde si in equis fuerint hy-
lari vultu accurrens ad
frenum et ad strepam il-
lius quem priorem inter
ceteros perspexerit dicat:
Bene veniatis domini nostri. Post-
quam autem descenderint:
ducet eos in lobium ante hos-
pitale ut ibi interim sede-
ant. Ipse autem statim vo-
care debet subhospitarium
qui in hospitali manet. Qui
cum ad eos pervenerit: de-
inde ad prudentiam illius
pertinebunt. Portarius au-
tem ad portam suam rever-
tetur. Si autem hi qui ad-
venerint seculares sunt: po-
stquam eos intra portam
receperit primum benigne
alloquetur eos et humili-
ter interrogabit: qui sunt
et quid velint. Quod si dixe-
rint se hospitari velle:
rogabit eos modicum sub-
sistere et prestolari quousque
adducet subhospitarium.
Quem cum adduxerit:
deinde sub illius pruden-
tia erunt et portarius reverte-
tur ad portam suam. Si
autem illi qui advene-
rint cuiuscumque sunt sive
de religione sive de seculo non
causa hospitandi vel manen-
di advenerint sed aliud
quippiam expostulent.
et ut vel aliqua persona

de hiis que intus sunt si-
ve abbas sive prior sive a-
lius aliquis advocetur. si-
ve aliud aliquid huiusmodi
exposcant. debet portarius
eorum voluntatem audi-
re et aut facere si potest et
petentibus quod postulant. aut
si non potest humiliter ex-
cusare. In sero ex quo porta
clauditur usque mane cum
aperitur diligentissime ob-
servare. portarius debet ne
quis vel de hiis qui intus sunt
egrediatur nisi certam et
manifestam causam ostendat.
vel de foris quisquam intro-
ducatur. nisi prius cum
et quid sit requirere adve-
niat manifeste. agnoscat
ad eum etiam pertinet. eos
quoque qui die ingrediuntur.
sive in aliquam partem .i. vel
versus introitum claustri.
vel versus coquinam. vel ver-
sus cellarium vel versus hos-
pitale. sive in aliam quam li-
bet partem ultra quam licet pro-
cedere velle perspexerit. re-
vocare ac prohibere. ne for-
te hiis qui inibi commoran-
tur ex improviso supervenien-
tes molestiam aut vere-

cundiam faciant. Precipue
autem feminas quascumque
de causa per portam ingredien-
tes. nec in suam ullo modo
suscipiet mansionem. nec
ad aliarum officinarum
introitum procedere permit-
tat. Sed neque in ipso prospectu
curie diu ociose vagari.
ac sine causa commorari si-
net. In cellula sua iuxta
portam dormiet. mane mis-
sam audiet. In refectorio
cum ceteris fratribus con-
vescetur sicut supra dictum
est quociens aperta quo-
quam digreditur. alium
ad custodiam eius vicesi-
a relinquat. De portario claustri.

Portarius claustri unus fratrum
de conversis fratribus eligi-
tur. cui officium est introi-
tum claustri iugiter obser-
vare ne quis extraneus
ingrediatur aut intro-
spiciat. Cavere etiam de-
bet ne ad ianuam claustri
aliqui accedant. auscultan-
do ea que intus fiunt.
aut circa ianuam. stre-
pitum faciant aut vo-
ces proferant. quibus fratres
intus perturbentur.

Propterea eos qui deforis
ueniunt in exteriori locuto-
rio subsistere faciet. ut si
ad interius accedant. Quod
si aliquem de hiis qui intus
sunt aduocari sibi postu-
lauerint et hora tal' fuit
qua hoc fieri possit. et per̄so-
na petens talis fuerit cui
contradici non debeat. et
causa talis que non debe-
at differri. tunc aliis de-
foris subsistentibus ipse ex-
terius ad ianuam claustri
accedet. et siquidem fratres
in conuentu fuerint. ho-
stium non aperiet. Sed
tamen cum ferreo anulo mo-
deste sonitum faciat. ad
quod ille qui primum deinde
ad se egressus fuit cum
iudicabit. et quod nunci-
ari oportuerit: nunciabit.
Si autem fratres in con-
uentu presentes non fue-
rint licebit ei hostium
aperire. ut introspiciat
et aduocet siquem uide-
rit cum instantem iudi-
care possit. ita tamen si
ille claustral' non fue-
rit. Nam hiis qui clau-
strales sunt nec per hunc n̄

p alium aliquem obedie-
ntiarum exteriora indican-
da sunt. quod si neminem in-
terius perspexerit potest
si negotium multum urget e-
tiam ulterius progredi. donec
inueniat cui illud indi-
care possit. Ceterum ali-
os quosque aduenientes
quorum causam non magni
in ponderis esse perspexerit
deforis subsistere faciet
et prestolari quousque aliquis
deintus egrediatur cui ne-
gotium suum indicare possit.
Nichil tamen in quemquam con-
tentio se aut iniuriose
agere presumat. Sed uel li-
benter quod faciendum est
annuat. uel quod faciendum
non esse perspexerit: modeste
excuset. Mane autem ante
quam fratres surrexerint.
et cum in capitulo fuerint. si-
militer in estate. cum me-
ridianam pausant. et ad
collationem et in sero post
quam dormitorium intra-
uerint. tunc neque hosti-
um aperire. neque circa ho-
stium sonitum facere de-
bet. die tamen ab ea hora
qua mane hostium clau-

f

sici aperitur. usque ad eam horam
qua in sero clauditur custo-
diet. Inter ad ecclesiam dz. ¶ Noc-
te uero cum aliis communis
fratribus dormiet. Similiter
et die in refectorio cum eis
comedet. Alio tamen si necesse
est uice sua ad custodiam
claustri relicto. Ceterum
qualia solatia uel ipse alius
ue portarius habere debe-
at. id est unum sibi ipsi cum
necesse fuerit uicissim subser-
uiant. uel alius aliquis
eis absentibus eorum ministerium
exequatur in prudentia
et consideratione abbatis
relinquitur. De hospitario.
Hospitarius maior solaci-
um habere debet aliquem de
conuersis fratribus. maturis mo-
ribus et disciplina eruditum.
qui sciat singulis ad uen-
ientibus prout religio et ho-
nestas exigit. morem ge-
rere. et deferre obsequium.
Hic ergo in hospitali as-
sidue commorari debet et
nocte iacere. ut et ea que
inibi continentur custo-
diat et paratus sit omni
tempore ut aduenientes
quosque quos recipi oportet

sicut recipi oportet. sic eos
recipiat. Qui in aduentum
hospitum cum a portario
uocatus fuerit statim
occurrere non differat.
Veniens quoque ad eos inclina-
bit et dicet. Benedicite.
Deinde si in equis uenerint
offeret clauem stabuli
et camerule que est iuxta
stabulum ubi famuli ia-
cent. ut illic recipiant
equos suos et uestimenta
sua. Ipsis autem hospiti-
bus dicet ut modicum su-
stineant ibidem prestolan-
do quousque indicet hos-
pitario aduentum eorum. Hos-
pitarius autem audito
si regularis hora tamen
et necesse fuerit accepta licen-
tia ueniet ad eos. et pro-
nium inclinans dicet.
Benedicite. Deinde ducet
eos ad orationem precedens
sub silentio. nisi forte ad
interrogata respondeat.
Cum oratorium intrauerint.
ibit ad aquam benedic-
tam. et si abbas fuerit of-
feret ei aspersorium. si
abbas non fuerit. ipse as-
perget eos. Deinde pro

terget se. vel si festum in-
clinabit se cum ipsis ante
altare. et orationem faciet
pariter cum eis. finita oratio-
ne eriget se et signabit et
si illi adhuc in oratione per-
severent. secedet paulu-
lum in partem et expectabit
eos. Cum autem surrexerint
ab oratione. iterum sub sile-
tio precedens reducet eos
ad hospitale. Quo cum
venerint. dicet. Benedicite.
Deinde per ordinem oscula-
bitur eos. ad singulos pro-
funde inclinans. et si altius
fuit etiam genua flectens.
Tunc hospitarius postquam
omnibus osculum dederit.
faciet eos sedere. et pariter
sedens interrogabit eos qui
sint et unde veniant. breui-
que sermone terminatis.
Deinde si hora diei tercia
transacta non fuerit.
dicet tempus esse ut eat
et de cibo eorum procurando
cogitet. ipsos autem inte-
rim sedere et ita quiesce-
re. aut si voluerint in
lectis pausare. et rogabit.
Si autem hora nona iam
transacta fuerit. prius inter-
rogabit eos si comederint
et sic deinde secundum eorum
responsionem aut statim si
non comederint preparari fa-
ciet. aut si se comedisse di-
xerint requiescere eos roga-
bit. Quod si officinas inspice-
re voluerint. precedens pro-
uidebit ut apte sint et expedi-
te. Postea revertens ad e-
os ducet eos quo voluerint.
excepto quod coquinam et in-
firmariam si intrabunt.
Deinde cum viderint quod
ostendi sibi petierant. re-
ducet eos. si hospites in con-
ventum intrare debent.
hoc est vel in refectorio co-
medere vel in dormitorio
iacere vel in choro. ad inti-
tiam hospitarii pertinet temporibus statutis
eos ducere et reducere. et
qualiter intrantes et exe-
untes. vel etiam ubi com-
morantes se continere de-
beant. insinuare. ad capi-
tulum et ad locutionem hos-
pites non admittuntur. nisi
forte per dispensationem. id est
verbum edificationis vel fac-
turi vel audituri. excep-
tis hiis quidem vita est so-

cietate et uerum ordinem te-
nent. Ipsi quippe et ad locuti-
onem et ad capitulum recipi-
untur sicut nostri. Quotiens a-
liquis abbas in conuentum in-
troducatur. Debet etiam hos-
pitarius fratribus significare.
ut ei assurgant et incli-
nent. Si monachi hospites
aliquorum meliorum admitti
petierint postquam domi-
nus abbas uel ille qui con-
uentum tenet annuerit
cuiuscumque ordinis uel etiam
fuerint uenientes per retro-
chorum statuendi sunt in su-
periori parte ipsius chori.
uel in dextera iuxta abba-
tem. uel in sinistra iuxta
priorem. Canonici uero
hospites qui meliorum ad-
mittuntur statuendi sunt
inter fratres nostros. unus-
quisque secundum ordinem
suum. Si sacerdos fuerit inter
sacerdotes. Si diaconus
inter diaconos. Si subdi-
aconus inter subdiaconos
et in ipso ordine de quo quis-
que est statuetur superius
uel inferius prout domino
abbati placuerit et persone
illius competens fuerit.

Si aliquis abbas uel canoni-
corum uel monachorum meliorum
admittitur stabit in loco
prioris et prior post ipsum.
Quod si fuerint abbates plu-
res. secundum abbatis dis-
cretionem ordinabuntur
uel meliorum uel ad proces-
sionem. Quod si aliqui exter-
ni uel monachi. uel cano-
nici in refectorio comestu-
ri sunt. debet hoc hospitari-
us refectorario significa-
re. Monachi omnes ad
mensam superiorem sede-
re debent. Canonici ue-
ro inter fratres nostros. Sed
unusquisque secundum or-
dinem suum sicut de cho-
ro diximus. Si presente do-
mino abbate aliquis abbas
extraneus cuiuscumque or-
dinis in refectorio come-
derit sedebit iuxta domnum
abbatem ad sinistram ipsi-
us. Si plures extiterint
abbates ii sedebunt hic
et inde ita quod abbas noster in
medio sit. Sed tantummo-
do ad sinistram ipsius eo
sibi proximo qui inter illos
maioris fuit auctoritatis. Si
abbas noster absens fuerit—

et aliquis abbas extraneus
in refectorio comederit: ipse
debet ad nolam et comple-
bit totum abbatis officium.
finita refectione cum fra-
tres de refectorio ad grati-
as reddendas exierint: mo-
nachi in ipso refectorio re-
manebunt. hospitario
remanebunt et simul cum
eis. Et postquam ibidem
finierint gratias suas: edu-
cet eos. Canonici vero ex-
tranei qui in refectorio co-
mederint ad reddendas gra-
tias cum fratribus nisi ire
debent in ecclesiam. Sed ad
introitum chori de foris
subsistent. et hospitarius
cum eis subiectim finitis
gratiis educet eos. In re-
fectorio nostro nullus debet
comedere: nisi de religio-
ne fuerit. Quociens aliqui
hospites in dormitorio ia-
cere debent hospitarius
debet innuere vestiario
ut lectos eorum preparet.
quociens extranei extra
conventum in refectori-
o comederint educet eos.
quod si pro lassitudine vel ali-
a quacumque de causa hospi-
tibus condescendendum fuerit
ut in hospitali remaneant.
ibi quoque curam eorum hospi-
tarius diligentissime agat.
Providere etiam debet hos-
pitarius. ut et in minis-
teriis quae eis offerentur. et in
vasis quibus eis offerentur
nichil contra munditiam
aut honestatem inveniri
possit. ut lintea et men-
salia et manutergia munda
sint et candida. et ut panes.
vel in sportella munda. vel
in mappula mundo mensis
inferantur. et cetera quae in ap-
ponendis vel auferendis
cibis ad munditiam. vel
honestatem pertineret.
omnia et ipse diligenter
discat. et eos qui sibi subim-
ministrant doceat. Omnem
autem suppellectilem quae
ad hospitalem domum
pertinet. id est. urceolos cyphos
et coclearia. et bacinos. et sa-
lerias et candelabra. et men-
salia et manutergia quantum
necesse est habere debet. quae
omnia sub hospitarius in
conclavi custodiat. et proferat
cum necesse est. Men-
salia autem et manutergia



propria signata habere debet et nu-
merum scire. Debet etiam pro
munditia sepius muta-
ri oportet. lectos etiam in domo
hospitali secundum morem
dormitorii tres aut quatuor
habere debet preparatos videlicet
cum bambucinis i. panel-
lis lineis suppositis. Ceteros
vero lectos culcitris et linthe-
aminibus preparet. ut hospi-
tibus eos siue de religione si-
ue de seculo fuerint prout
oportuerit. secundum eorum vo-
luntatem siue necessitatem
distribuat. domum hos-
pitalem frequenter scopa
emundet. Lampadem eti-
am preparet que nocte cum ne-
cesse fuerit coram hospitibus
ardeat. Candelas etiam suffi-
cienter paratas habere debet quas et
in ipsa domo hospitali et in le-
cto et ad matutinas decanta-
das. ad obsequium hospitum
subministret et famulis
ad stabulos etiam circa p-
curandos equos et cetera si
qua inibi necessaria sunt p-
ut oportuerit eriget. Quod si
hospites pransi aduenerint
in cena largiore humani-
tate respiciendi sunt. ne si for-
te in prandio minus refecti
fuerant. minus tenui ce-
na subsequente affligantur.
hoc etiam obseruare hos-
pitarius debet. ut postquam
aduentum hospitum cel-
lerario nunciauerit et ab
eo qui tunc ad manum habere
possit didicerit. statim ad
ipsos hospites reuertatur et
cum eis quid habere possit indi-
cauerit qualiter illa prepara-
ri voluerint interroget. Cum
autem preparati fuerint cibi
veniet hospitarius et recipi-
et sub hospitario ut men-
sam ponat. Posita autem
mensa et panibus appositis
cocleariis etiam in cena hy-
emali tempore candelabris
mense sunt positis. ipse
hospitarius pelues accipi-
at. sub hospitario mante-
gium tenente et per ordi-
nem omnium manibus ablu-
endis aquam fundet. Si
autem abbas presens fue-
rit ipse aquam manibus da-
bit hospitario mantergi-
um tenente. Similiter p-
rior vel supprior absente
abbate faciet. Si autem
presente abbate affuerint

quamuis eorum abbate aqui
dante. qui secundus post
eum est maniergium te
nere. tamen in dispositione abbatis
relinquitur. quibus ipse aq
dare debeat. et cum dedit
utrum omnibus dare uelit.
Prouidere autem debet hospita
rius maxime si hospites
de religione sunt ut prius
usquam super cibum benedic
tionem faciant. panis et
uinum mense superposita sit.
Quod si hospites sunt secula
res. non eos prius cibum su
mere permittet quousque ipse
super cibum eorum benedicti
onem fecerit. Cum autem
assederint. statim cibus afferri
debet. Neque enim timicu
lam dilationem fieri oportet.
nec prius hospitarius eos
ad mensam inuitare debet
quam cibum paratum esse ag
nouerint. Postquam igitur
assederint ueniens hos
pitarius primum fercu
lum ipse manu sua appo
net. deinde etiam si plu
res fuerint quorum religio
ni uel reuerentie amplius
deferendum uideatur
de manibus eorum qui sub



sequuntur que apponenda ab
suscipientis eis apponet. Ce
teris omnibus sub hospitario
et qui ei subseruiunt mi
nistrabunt. Inter comeden
dum autem diligenter debet
circumspicere. hospitarius
ne aliquid comedentibus quod
suppleri oporteat deficiat.
reliquias ciborum et ea que
de mensis tolluntur in pro
spectu hospitum non relin
quet. Sed in dispensam mini
orem referet in qua etiam
prius preparari et aptari de
bent que proferuntur in
medium. Hoc quoque atten
dere debet hospitarius ut epis
copis et abbatibus et aliis eiusmo
di honorabilibus personis qui
bus amplius deferendum est
in mensa presentibus in
cappa non ministrent. Sed
hospitarius autem num
quam cappa indutus men
sis ministrare debet. Reliquie
de hospitali domo ad ele
mosinam pertinent. sicut
de infirmaria. ut si panes
cellerario qui illuc de summa
minus redduntur. cetera ad
elemosinam eant. Quod autem
ex inde ad elemosinam

dandum est sub hospitari
us in dispensam ferre debz.
elemosinario sicut de īfir
maria infirmarius. Si ī
firmi aliqui advenerint
qui aliqua spāli consolatio
ne in cibo fovendi videant.
debet hec hospitarius cel
lerario nunciare. ut siqd
habuerit q eos invalitu
dini congrue tribui possit.
tribuat ille pmpto ani
mo. siquid huerit q opus
est dabit. Si autem nich
habuerit referet ad abba
tem. ut secundum eius p
ceptum qd ei faciendum
est fiat. Qz si eius qui ī
firmatur invalitudo cre
verit & infirmitate invales
cente languore diutino de
tineri cepit hospitalem do
mum efferri debet. & in
alio aliquo loco secretiori
atq eius infirmitati con
gruo ubi abbas pviderit
collocari. Cui etiam ipse ab
bas secundum psonam &
modum infirmitatis eius
ministrum pvidere debz
qui ei assidue adesse possit
& quecumq necc̄ia fuerint
cum omni humanitate

et caritate impendere. Qz
etiam in infirmitate sua.
frequentius abbas invisere
dz. & diligent' de salute a
nime sue & de confessione p
catoꝝ suoꝝ amouere. Qz si
mortuus fuit q̄cumq sepl
ture necc̄ia fuerint. officio
sissime exhibenda sunt.
& si de religione fuit q̄ius
de fr̄ibz sepeliendus est.
Similiter autem si de secu
lo est. secundum competenti
am psone ei et eadem
omnia diligentissime sūt
pficienda pquo etiam ī
capitulo. fratres omnes
abbas ammonere debet ut
ei orationibz suis subveni
ant. Ideoq sibi relictum ē
ul potius commendatum cre
dant q̄i specialiter sunt elec
ti ut ul ei fratrum suarum
intuentione conferant.
ul p eo de negligentia su
a rationem reddant. Qz
si infirmus ab egritudine
sua convalescere cepit
hoc semper certa enim ob
servandum est. ut non
paulatim dimittatur cum su
fficient' sanitatem recipe
ret & quecumq interim

malo uel potu uel ceteris
fomentis necessaria fuerint
plenissime atque propitiussi
me sunt exhibenda. Quod
et tunc quoque abbas sepius
uisitare debet et amonere
ut non erubescat. aut du
bitet que sibi commoda fu
erint postulare. Itaque ut
lomodo honerosum se esse
credat. Hoc autem omni
bus seruientibus qui in domo
sunt diligentissime precipi
debet. ut omnibus hospiti
bus non solum infirmis set
quibus aduenientibus hy
larem ac benignam faciem
ostendant. et in quecumque
eorum seruicio exierint quan
tum competenter possint
promptos se offerant. aut
humiliter excusent. Ni
chil circa eos in disciplina
te. aut erga eos uel famu
los eorum iniuriose agant.
et si forte ab eis aliquam iniu
riam acceperint siue uer
bo siue in ope et facto hu
militer et patienter ferant.
famuli hospitum de gra
nario aduenam accipiant.
De horreo ad usum. de
fenili stramen et fenum

et qui hiis preerunt sine contra
dictione tribuant quod institu
tum est. Si uero aliquid abe
preter consuetudinem uel ro
nem exigitur non contendant.
Set uel humiliter excusent.
Si nullo modo prese annuere
noluerint. uel ad abbatem
referant. ut sicut ipse iusserit
fiat. Femine que ad hos
pitandum recipiende sunt si
ue de seculo siue de religione
fuerint abbas eis extra in
uillam hospicium queri
faciat et ibi quod opus est
ministrat. Quod si tales fu
erint de quibus scandalum
graue oritur si extra in
uillam hospitarentur ex
tra claustrum locus constitu
atur in quo huiusmodi femine
recipiantur. Nullus tamen
fratrum cum ipsis nisi testis af
fuerit loquatur. Quod si
aliter aliquis facere pre
sumpserit. acriter corripi
atur et seuerissime iudi
cetur. Quecumque aliorum
fratrum hospitibus primo adue
nientibus antequam fuerint
recepti occurrerit letam
faciem demonstret. et si
necesse est ut eos alloquatur

id est si forte portarius defuit. vel hospitarii qui eos recipere debent benigne eos alloquatur. et si hospitari se velle dixerint: prestolari eos roget. et ipse statim subhospitarium querat et ad eos ducat. Qui receptis hospitibus, aliud cum sibi visum fuit ad ministrandum eos procederet. Si qui nocte extra horam advenerint aliqua forte necessitate vel occupatione impediti quo minus hora regulari advenire potuissent, repellendi non sunt. Prius tamen quam intromittantur advocet portarius subhospitarium. Qui cum ad eos pervenerit: dicet illis hospitarium et cellerarium intrinsecus esse. et hostia claustri firmata esse. se non posse sibi per mansionem sicut opus est ministrare. Tamen si voluerint hospitalem domum non prohibeant. et si qua manus eius invenire poterit libenter impertiri. Debet tamen subhospitarius propter huius eventus per consuetudinem indispensata sua aliquid semper reservare. quod huius advenientibus ad necessitatem impendatur. Si autem homines seculares nocte advenerint qui alibi hospitari possint non sunt facile recipiendi nisi manifesta sit eorum necessitas. Portarius minor et subportarius ad hospitarium pertinent. ut ipse eos prout oportet instruat et que sunt facienda faciat. Si quid hospitarius aut subhospitarius a cellerario postulaverit: quod ipse dare noluerit. vel amplius contenderit. Sed si res necessaria fuerit que tolerari vel differri non potuerit: ad abbatem referat ut sicut ipse iusserit fiat. Hoc etiam sciendum est quod alienis etiam in coquinam intrare ad aliquas preparationes ciborum nullo modo admittendi sunt. Sed quicumque sunt hospites. sive episcopi sive abbates sive alii quicumque sicut de nostro procurantur. ita etiam externas apparationes ut sustineant oportet.

De vestiario.

Vestiarius sacristam ipse debet extra offi-

cuas claustri minores .i. ī
tali loco ubi fratres scla
res servientes si opus fue
rit possint admitti. Ces
tū si forte aliquā ibi hr̄e
nesse fuerit prudere dz
vestiarius ut tales et tā
mature psone. q̄ r hone
ste ad tam familiare mi
nisterium recipi possint.
Et si quā necc̄ia fuit eoꝝ
opa. introrsum salua dis
ciplina competent̄ plī
am duci apte possint.
ad eius prudentiam ptī
net omnia vestimenta
fratrum tam laicoꝝ q̄m
clicoꝝ lanea r linea sive
pellicea. Calciamenta
quoq; .i. calige r socci r
subtalares. cui hoc pmū
studendum est ut ipsis
vestimentis q̄ pparat co
petentem tribuat for
mam. Secundum hoc
q̄ exigit status religio
nis. i. ut nec minus lō
ga sint. ul' inequaliter
dependentia. aut fluī
minis. sive quolibz alio
modo distorta. ul' mep
te composita. ut fmo
dum stature singulorū

q̄ formam atq; mensurā
vestimēta sic̄ constitutū ē
sub testimonio examinēz.
Statuimꝰ enī ut quociens
aliqua nova vestimenta
ex hiis videlicz q̄ exterin
secus apparere solent ut
p numere. ut est videli
cet. cappa superpelliceum.
tunica pelliceum. pelles.
ul' pellium .i. mancellum
n̄ nisi pl̄ente priore clau
stri. cuius officiū est formā
et qualitatem vestimen
toꝝ examinare tribuant.
Qualitatē aūt vestimen
toꝝ in colore et pcio acci
pimus. de qua statuimus
ut in sembrimū in nr̄a so
cietate nll's portet. De ce
tero cappe quid nigre sīt
de panno. q̄ntum fieri po
test competent̄ minus
pcioso nec minus lucentī
nigro. Pallium vero ul'
de nigro sit ul' de albo pu
ro. i. alio colore n̄ mixto.
Albus coloris pannus. nz
in cappis. neq; in palliis
ēē debet. Lanea autem
dormitorij ul' de albo ēē
debet ul' de griseo rustica
no. Tunice lanee de albo

primo fiunt. Tunice au-
tem et cappe laycorum fratrum
i. conversorum de griseo rustica-
no. Caligae autem fratrum sive
de albo. sive de nigro. sive
de griseo rusticano fieri pos-
sunt. Pellicea et pelles et
coopertoria de pellibus agni-
nis. ita ut pellis silvati-
ca cuiuscumque generis in nul-
lo statu usibus admittatur.
In lineis quoque vestimen-
tis hoc cavendum constitui-
mus ne nimis subtilia sint
aut preciosa. In dormitorio
culcitras de plumis et lin-
theamina et villosa nullus
habere debet: nisi forte sicut
infirmitate cogente cum
capitulo concedatur. Hec sunt
autem vestimenta que se-
cundum consuetudinem
iuri canonico concedimus.
Una cappa. Une pelles. pal-
lium unum. Una tunica
lanea. Duo superpellicea.
Due interule. i. camisie.
Duo femoralia. vel si mi-
nistrat altari. i. subdiaco-
nus. vel diaconus. vel sacer-
dos: tria. Duo paria caliga-
rum. Duo vel tria soccorum.
Subtalares maiores i. noc-
turnos. vel etiam minores
cotidianos. Capitium cum pel-
libus agninis forratum. Et
si opus est etiam tunicam
lineam habere potest. cortinas
laneas quas conclusis for-
maliter inopere tamen o-
perariis et iterantibus in ita-
rie concedimus. Lectualia
sunt hec. Culcitra. bambu-
cina. i. pauellum. pulvillum
unum ad caput. desuper
unum laneum. et cervical.
Coopertorium unum. pelli-
ceum et ovinum et alutri-
neum album. vel griseum
rusticanum. Formam in-
dumentorum talem obser-
vandam statuimus. Pri-
mum cappa. debet capitium
cum convenienter apta-
tum habere debet et aliquantu-
lum amplum. ut videlicet
si quando capita supponitur
positius non erigatur in
cristam: ut demissum
capitium nec est scapu-
las cooperiat et ut interi-
capitium exterior per-
cooperiatur. nec extra pro-
mineat. Deorsum autem
debet cappa brevior super-
pelliceo. vel tunica uno

pleno palmo. Undique vero tunica ante non minus alte fissa. Super pellicium tunica laneam quantum fieri potest minus longitudinis esse debent ad minus pleno palmo atta distancia ut ultra hec ultum aliud indumentum decorsum promineat debet. Et ut manice super pelliciorum non plus duobus palmis ultra digitos promineant. Pelles autem sive pallia fili subtus rotunda .i. non magis ante pendentia formabuntur. Et ut numquam decorsum sub cappis promineant. nec desuper lacinatas aut cirratas, aut currentes habeant. Subtalares non minus stricti sed competenter ampli. tante grossi sint. Desuper vero alti sufficienter. ut plene caligas contineant decorsum usque plantam. Huiuscemodi itaque omnes fratres iuvenitus sive foras uti debent. Hec sunt autem vestimenta que unus frater habere debet ex consuetudine. una cappa. une pelles. sive unum pallium. una tunica. Duo pallia. Duo paria caligarum. Cansonum. Hec autem hic ammonere volumus ut novicii quamque adveniunt sive clerici sive laici fratres sibi vestimenta propria re non sinantur. Et si forte ea tamen susceptum habitu religionis inde suo albo servaverint: numquam eis uti in religione permittantur. nisi et forma et colore aliisque modis omnibus discipline religionis in te conveniant. Tunicas laicorum fratrum ita formari volumus ut decorsum a terra etiam non amplius ad minus duobus plenis palmis distent. Cappa autem uno pleno palmo ad minus tunicas eiusdem breviores. Et ut pelles sive pallia eorum numquam sub cappis decorsum emineant. que sibi rotunda formari volumus. i. sine dependentia et fibulas et lazarales habeant. Subtalares grossos et amplos. et desuper corrigiis alligatos. Capellis laneis siant. eos nocte sive de talis sibi ut ad collum post eius ad

minus tamen descendant. ut
capitium tunice astringat.
et totum collum atque aures u
trumque comprehendat. et ita
iuxta genas descendentes
deorsum sub mento omnes con
tantur. et in spatio desuper
a fronte atque utrimque secus limi
ta non sit. sed directa. Sca
pularibus etiam uti eis con
cedimus. Verumtamen preter super
omnia hec. quicquid in habi
tu fratrum approbandum
uel improbandum fuerit iudi
cio prioris aut examini hoc
specialiter commendatum esse
commendandum relinquimus.
Quotiens autem pro emen
dis pannis ad forum uel ad
nundinas ire quis postula
uerit. in arbitrio abbatis
erit quem ipse uoluerit mit
tere. id est siue uestiarium
siue alium. ita tamen ut qui
pergit quicumque ipse est
expensam sub certa com
putatione accipiat. et
quod emptum fuerit sub cer
ta computatione resig
net. Pannos autem ip
sos cum apportati fuerint
uestiarius suscipere debet et di
ligenter conseruare. ac

quod in locis reponere ubi non
corrumpantur. et tamen ipsos
quando certa uestimenta fratrum
frequenter excutere ne a ti
nea lædantur. Ex ipsis au
tem pannis siue laneis
siue lineis preparare debet fra
tribus que necessaria sunt et prouide
ut semper ad manum pa
rata habeat que danda sunt.
Ita ut si aliqui noui hospites
aduenerint statim eis que
necessaria fuerint ad uestien
dum tribuere possit. Cum
aliquis frater uestimento in
diguerit. ab ipso postulare
debet. et ipse quod necesse fuerit
tribuere non differat. Si
quis cappam uel pelles uel
tunicam. siue pellicium
uel coopertorium noua postu
lauerit. prius uetus ue
stiario monstrare debet. ille
cum sic necesse esse prospexerit
refert ad abbatem. dicens
quod fratrem illum tali uesti
mento opus habere. et sic per
eius licentiam tribuat quod
tribuendum est. Si autem
extra necessitatem ex super
fluo esse uiderit pro eo quod
petitur et adhuc diutius
sufficere competenter posse.

quod sibi quecumq; ille ē
mutari postulat. primū
amicabiliter et caritati
ue ammonebit fr̄em su
um ut sustineat. nec cu
rat quid c̄p corpi necc̄ui
non est. s; anime p̄iculo
sum. Q si ille acquiesce
re noluit. ⁊ in petitione
sua p̄tinacit̄ p̄seuerit.
minꝰ abbi ei tam ⁊ q;
ille demum iusser. faciet.
Sane hic ammonere uo
lumus nullo modo licere
hominī religionis uesti
mentū aliq; p̄ utilitate.
a. nec p̄ colore nec p̄ for
ma. nec p̄ p̄cio respuere
nisi manifa īcōmoditas
aliud petere cogat. ⁊ q;
p̄ utilitate ab iniuit dāp
nanda est supbia. q; p̄
īcōmoditate mutatur
infirmitas toleranda.
Alia minora uestimen
ta preter ea q̄ enumera
uimus cum necce fuit
p̄ se dare potit uestiar̄.
nec prohiuuis ad alia
tem uenire optebit m
si forte quis in hys ī cp
tiuuis postulandis fue
rit inuentus. Vestimēta
nouiciorꝰ secularia q̄ appor
tant cum ad religionem
ueniunt. siue alia q̄cum
q; ī pannis lineis aut pel
libꝫ q̄ extrinsecus aduene
rint ipe suscipere dꝫ et re
seruare. Vendere autem
ea non licebit. nisi abbas
iusserit. Si cui aliquid p̄p
infirmitatem preter cō
mune institutum. siue
in calciamentis siue ī ue
stimentis. siue in lectuali
bꝫ supaddi optuer̄ nullo
modo hoc sine licentia ab
batis fiat. Siquis fratrū
in uestimentis suis siue
in calciamentis aliquid re
ficiend̄ habuerit. ponat
q̄cumq; illud fuerit in
loco qui ad huius repone
da constitutus est. Vesti
arius autem cotidie ip̄oꝝ
locum respicere dꝫ. ⁊ q̄d.
⁊ q; inibi repositum inue
nerit accipe. ⁊ q̄d inibi
reparandū inuenit repare.
reparatumq; cito reponere.
ut ille cuius est ex dila
tione molestiam aliquā
patiatur. Quociens fr̄
talares ungendi fuerint
fratrum tam laicorꝰ q̄

cliricorum vestiarius eos ungi
faciet. Unctum autem a
camerario accipiet. Servi
entibus autem omnibus excep
tis servientibus coquine cama
rarius unctum dabit. Ad un
gendos subtalares eorum. Cul
tonia et corrigias femorali
um et vaginas et pectines
et pectinaria et cetera huius
modi opus fuerit fratribus vesti
arius ministrare debet. Cultel
les et forcipes et rasoria et
cetera talia camerarius
ministrabit. Vestimenta
fratrum linea. id est super pelli
cia et camisias et femora
lia propriis eorum nominibus
significare debet. Ipsa autem
vestimenta quindecim
diebus transactis muta
ri debent et lavari. Cum
autem dies lavandi in
stat: nocte proicit vestia
rius in media area dormi
torii unde aliquod vesti
mentum. quod cum vi
derint fratres: conferat
illuc unusquisque quod ad la
vandum habuerit. Sic et
in infirmaria et in dormi
torio laycorum vestiarius
nunciare debet ut exponant
singuli que lavanda sunt.
Cum autem omnes exposue
runt colliget ea vestiarius.
sive de dormitorio. sive
de infirmaria. sive de dor
mitorio laycorum et feret
ad lavandum. Mensali
a etiam et manutergia.
sive de refectorio. sive de
domo hospitali. sive de
infirmaria ipse ministrare
debet. Et cum lavan
da fuerint ipse lavacra fa
cit. Sed hoc observandum
est ut hec simul cum a
liis vestimentis non laven
tur. Vestimenta servi
tum ad eum non perti
nent. Sed camerarius om
nibus famulis qui in domo
sunt vestimenta et calcia
menta. que dari debent
dabit. Postquam de lavacro
lota fuerint vestimenta
faciat ea portari vestiari
us in sartrinum et ibi segre
gabit et discernet ab in
vicem. Deinde referet que
in dormitorio portanda
sunt et ponet ea in lectis
singulorum. Simili modo et ad
dormitorium laycorum que por
tanda sunt reportabit

Ea quoque que ad infirmariam
pertinent. ante infirma-
riam portare debet. et ubi lo-
co statuto ponere. ut il-
lic ea infirmarius accipi-
at. et unumquemque que sua sunt
reddat. Si vero vestimen-
ta sua exceptis hiis locis.
sive in claustro. sive in
locutorio sive alibi di-
miserit exponere debe-
at. relinquere. Vete-
ra vestimenta fratrum
cum redduntur vestiarius
suscipere debet. Lanea quidem
vestimenta omnia et cal-
ciamenta. exceptis coto-
nis. elemosinario tribu-
et. ut ipse ea tribuat
pauperibus. Cetera omnia
abbati cui ille voluerit.
et quibus voluerit eroganda
reservat. Ceterum nec
vendere. nec emere quic-
quam. vestiario licebit.
sine abbatis licentia. Et
siquid eius precepto vel
licentia emere debuerit
vel vendere sub certa com-
putatione accipiet. acci-
piet et reassignabit cuicumque
illud est. Cappas que ad
equitandum parate sunt

et ipse servare debet. et cum
opus est quibus opus est. et
iterum cum reportantur
recipere. De armario.

Armarius omnes eccle-
sie libros in sua custodi-
a habet. Quos omnes no-
minibus propriis sigillatim
annotatos habere debet et per
singulos annos bis aut ad
minus semel exponere
et recensere. et ne in eis ali-
quid. vel tinea. vel aliqua
qualibet corruptela in-
fectum. vel exesum sit
diligenter considerare.
Ipsum autem armarium
intrinsecus ligneo vestitum
esse debet. ne humor parietum
membranas rubigine ali-
qua. sive humectatione
aliqua inficiat. In quo
etiam diversi ordines se-
orsum ac seorsum distinc-
ti et convenienter coapta-
ti esse debent in quibus li-
bri ita separatim collocari
possint. et distingui ab
invicem. ne vel nimia com-
pressio ipsis libris noceat
vel confusio aliquid impedi-
menti in eis congruenti mo-
ram afferat. vel impedi-

mentum. Simul quod armarius libros prestare debet nisi ab eo cui prestat vadimonium accipiat. ita tamen si persona ignota fuerit etiam eque valens sit ipsum. et nomen illius cui prestat. scilicet sive ignotus sive notus sit. et nomen libri quem prestat et vadimonium quod accipit. totum in breui annotatum retineat. Maiores autem et preciosiores libros sine licentia abbatis non prestabit. Omnes scriptores quam in ecclesia sive intus sive foras sunt: ad eius officium pertinent. ut ipse scriptoribus pergamenum et cetera que necessaria sunt provideat. et eos qui pro precio scribunt conducat ipse. Quicumque de fratribus intra claustrum scriptores sunt et quibus officium scribendi ab abbate iniunctum est: omnibus hiis armarius providere debet quod scribant et que ad scribendum necessaria sunt prebere. nec quisquam eorum aliud scribere quam ille preceperit vel in ipsa scriptura preter

eius voluntatem ad dispositionem quicquam agere presumat. Ceterum autem fratres qui scribere sciunt: et tamen officium scribendi eis iniunctum non est sine licentia abbatis ad scribendum ponere armarius non debet. Sed si quando eorum opera forte indiguerit. prius abbati indicare debet et sic per eius licentiam et preceptum facere quod faciendum est. Nullus autem preter id quod sibi iniunctum est sine licentia abbatis scribere presumat. Omnibus autem scribentibus in claustro. sive hiis quibus iniungitur sive hiis quibus conceditur necessaria ad scribendum armarius prebeat. ita ut nullus sibi pro voluntate sua. hoc vel illud eligat. Sed nec scriptoria. nec archanos. nec cultellos. nec scarpellos. nec membranas. nec aliud quippiam. Sed quod ille secundum competentiam operis dederit: unusquisque sine contradictione et contentione suscipiat. Omnes breves qui in claustro scribunt

siue breues pro defunctis.
siue pro quibuscumque aliis
causis et manifestis negotiis.
etiam que certo in pascha
affigitur ad cuius officium
pertinet et pro hiis scriben-
dis nemo qui scribere sciat
contradicere habet. cui ille et
iniunxerit. Excepto quod si
ne licentia abbatis. nec
extra conuentum exire.
nec horis regularibus deesse
potest ille qui scribit. Quo-
tienscumque aliquibus in
claustro fratribus officium
scribendi iniungendum
est. in capitulo iniungetur.
ubique abbas determinabit
et quibus horis eos scrip-
turis uacare. aut quibus ad
conuentum redire uelit. et
sicut illi determinatum fu-
erit. ita illi postmodum
obseruare debent. loca eti-
am determinata ad eius mo-
di opus seorsum. a conuen-
tu tamen intra claustrum pro-
parata sunt. ubi sumpto
turbatione et strepitu sep-
tores opi suo quietius in-
tendere possint. Ibi autem
sedentes et operantes si-
lentium diligenter ser-
uare debent. nec extra
quoque ociose uagari. Ne-
mo ad eos intrare debet. ex-
cepto abbate et priore et
subpriore et armario. Qui si
aliquid eis spiritualiter dicendum
fuerit. quod nec illic significa-
ri possit. nec usque ad tempus
locutionis differri poterit.
armarius usque in locutorium
regulare educere eos. et il-
lic breuiter quod dicendum est
intimare. De aliis fratribus qui-
cumque scribere sciunt. si
quis propria uoluntate. uel
sibi uel alii scribere aliquid
uoluerit nequaquam illud
presumere debet. nisi prius ab
abbate licentiam acceperit.
et si pergamena incidenda
uel radenda sunt. uel ubi
emendandi aut ligandi.
aut aliquid eiusmodi ex-
ad officium armarii perti-
net. ad uicitorio fratrum indige-
at. quicumque ipse ad aliquid
horum faciendum uel preparan-
dum amonuerit. si ei uaca-
at. id est. si alia obedientia non
impediatur. si se excusa-
re habet. libri communes.
qui cotidie ad manum habendi
sunt. siue ad cantandum

sive ad legendum in loco competenti exponendi sunt. nisi competens accessus omnium fratrum esse possit. Quos frequenter armarius diligenter emendare debet et punctare ne fratres in cotidiano officio ecclesie sive in cantando. sive in legendo aliquod impedimentum inveniant. Hij etiam libri ipsi armario adeo noti esse debent ut si quis fratrum sive ad matutinas sive ad missam. sive ad aliam quamlibet horam in cantando vel in legendo erraverit. sine id quod non oporteat cantans aut legens id quod cantari aut legi oporteat invenire si valens statim sine cunctatione eum reducere possit. Nemo alius preter armarium. sive in hiis sive in aliis quibuslibet libris demere aut addere vel mutare quicquam presumat nisi ei specialiter concessum fuerit vel iniunctum.

Debet etiam armarius nichilominus libros qui ad cotidianum officium ecclesie necessarii sunt. etiam de aliis aliquot quos ad instructionem. vel ad edificationem fratrum magis commodos et necessarios esse perspexerit in commune exponere. quales sunt bibliotece. et maiores expositores. et passionarii. et vitas patrum. et omeliarii. Ceteros autem. id est minores omnes. et si cotidianos. numquam extra armarium exponere debet vel relinquere. nisi specialiter ab aliquo fratrum requirantur. Sed et nomina quorumcumque expositi erunt in brevi annotari debet. ut sciat quos vel quot unusquisque dederit. Illi vero qui de armario aliquos specialiter libros acceperint. quamdiu eos habuerint diligenter apud se custodiant nec alibi exponant vel relinquant. et cum expleverint in eis quod voluerint. iterum armario servandos reddant. Ad officium armarii pertinet omnium facere brevem tabule que in capitulo recitatur. de quolibet officio quod in breve ut notari solet. sive ad matutinas sive ad missam. sive ad capitulum

siue ad mensam siue ad
collationem. Obseruare au-
tem debet ne in matutinis siue
ad legendum siue ad cantan-
dum. nec diaconum super
sacerdotem. nec supra dia-
conum ponat. id est ut postquam
ille qui superioris est ordi-
nis legerit. non legat qui
inferioris est. nec cantet
postquam cantauerit. Ad
septimanas autem quorum-
libet officiorum hec maxime
obseruandum est. ut ex
hiis qui ad quodlibet officium si-
gillatim electi uel determi-
nati fuerint nullum in
breui bis ponat. id est postquam
semel officium suum ex-
pleuit secundo non ponat.
donec omnes alii qui ad
idem officium determinati sunt
suas septimanas fecerint
et tunc iterum ad eum
ordine recurratur. hoc
autem uniuersaliter quantum
tum fieri potest obser-
uare debet. ut nullum ad
cantandum uel ad legendum
in breui notet. nisi prius
illum qui notandus est
competenter hoc implere
posse perspexerit. Nouicios

etiam in breui non po-
nat. nisi per preceptum uel
permissionem abbatis. Si uero cum
breui postquam recitata est
mutauerit. id est uel apposuerit.
uel deposuerit. uel ad aliud
notauerit. totum hoc ip-
sis quos mutat tempesti-
ue indicet. ne quis cum
tempus faciendi aduenerit im-
peratus inueniatur. Si
quis forte ex hiis qui in
breui positi sunt defuerit
ad eum pertinet siue in can-
tando siue in legendo uice
eius supplere. uel alii sup-
plendum iniungere.
Ad officium etiam ar-
marii pertinet cotidie in
capitulo officium ecclesie nun-
tiare. sicut in usu de scrip-
tum est. et tenetur. Si que eti-
am mutationes de ordine
et obseruantia cotidiana
inciderint: prouidere. Anniuer-
saria in kalendario anno-
tare. et cum recitantur que
sollempniter celebranda
sunt: et que non determina-
re. Orationes etiam que
pro aliqua causa specialiter ad mis-
sam imponuntur. cum
tempus aduenerit in capitulo

Nota

determinandas indicere.
et si que in capitulo legenda recitan-
de sunt legere. Eius quoque
officium est sicut prioris et
subprioris inordinatas legencium
corrigere. maxime ad mis-
sam in collectis et ceteris horis.
et ad horas in capitulo et col-
lectis et versiculis et in capitulo in
pronunciatione lune et kalen-
darii. In cantu ecclesie si quid
erratum vel dubitatum fu-
erit. vel in tono inponen-
do. vel in alio quolibet modo
nemo illi preiudicet et quod il-
le prior inceperit. nullus
autem aliud aut aliter
incipiendo perturbet. sive
in elevatione. sive in de-
positione cantus. sive in
inchoatione. sive in repe-
titione universi eum sequan-
tur. lectiones terminare debet.
et auscultare. Omnes de-
nique qui in ecclesia vel legunt
vel cantant de eo auscul-
tent. Ad eum etiam spec-
tat processiones omnes ordi-
nare et quecumque facienda
sit iniungere et eos qui
bene non incedunt corri-
gere et alternatim dispone-
re. Si qua etiam subito
cantandi vel legenda eve-
nerint. que nulli prius
specialiter iniuncta fuerunt
cui voluerit agenda iniun-
gere. Et si quis ex hiis que ad
se pertinent. sive in cantan-
do sive in legendo aliquid
obliviscatur. vel negligit
supplere et legentibus ad mis-
sam quid legere et quam-
diu legere debeant osten-
dere. Similiter et ad capitulum
et ad collationem. In sollem-
pnitatibus quoque ad vesperas.
et ad matutinas et ad pro-
cessionem. Sive cum quelibet
benedictiones. aut exor-
cismi faciendi sunt. vel
alia quelibet que ad offici-
um abbatis pertinent ipsi ab-
bati librum apportare et
tenere debet. et si aliquis
absente abbate obierit. pro
quo ipsum abbatem cum re-
dierit commoveri oporteat.
in capitulo commonere opor-
tet. Tricennarium dierum mis-
sarum que in conventu pro de-
functis inponuntur com-
putare et omnino quic-
quid in officio ecclesie in-
ponendum. vel terminandum
fuerit quod provideri oporteat

precere. Quocienscumque
in psalmodia vel in cantu
vel lectionibus vel alio quo
libet officio ecclesie. presbiter super
uenientem quibuslibet causis in- Nota
plus solito vel tardandum
vel festinandum fuerit. hoc
ipsum fratribus significare. Si
quando plus iusto vel protrahitur.
vel festinatur officium:
ad certam mensuram tem
perare. Quod si quid in officio
o negligenter fecerit non
tenere a quoquam corripi
atur aut corrigatur: hoc
postmodum in capitulo procla
metur. Ad ea vero que fa
cere habet si opus fuerit so
lacium habere potest: ho
ras canonicas missam ma
iorem et capitulum et collationem.
et completorium neglegat.

Ad officium. De sacrista
sacriste pertinet omnia
que in thesauro sunt custodire.
Reliquias et omnia orna
menta altaris et sanctua
rii ac totius ecclesie. sive in
auro. sive in argento. si
ue in ostro et palliis. et tape
tibus et cortinis. sacras que
uestes et pallas et mani
tergia. et calices et textus.

et cruces. et thuribulum
candelabra et cetera uasa que
vel ad ministerium vel ad
ornamentum altaris et
sanctuarii. totiusque ecclesie
pertinent. libros quoque mis
sales. epistolares. et euangelia.
Omnia autem que sub custo
dia eius sequuntur abbas bre
ui annotata habere debet. et sacri
sta similiter. ut sciat et ip
se pro quibus eum oporteat si
exigatur rationem reddere.
et ille pro quibus exigere debe
at cum opus fuerit non igno
ret. Ipse autem sacrista omnia
que sub custodia sua tenen
tur: cum magna diligentia
a seruare debet. et frequenter
inspicere. et memoriter recen
sere. ne quid forte vel detri
mentum ex situ vel negligentia
longiore aliquam corruptionem
contraxerit. In festiuis eti
am sollempnitatibus ea que ad
ornatum et ministerium
altaris et sanctuarii expo
nenda sunt: exponere debet.
et singula sicut oportet apta
re. et rursum expleto mini
sterio colligere et complica
re. et iterum locis suis ser
uanda reponere. Suscipiet

ca reliquias et cetera preciosio
ra ornamenta sollicitus et cu
riosus esse debet. ne in eis
expendis aut conseruandis
siue reponendis aliquid pe
rire quam expedit debet e
ueniat. Nosse etiam eum
oportet qui indumenta ad
cottidianum ministerium.
et que in medio tribus festis. que
